nere delectatōis. et sic multo maior est pe
na q̄ delectatio. Aut ſm rōnez meriti vel
demeriti. et sic dico ꝙ meritū delectatōis
inordinate excedit. qꝛ dign⁹ essꝫ pctōr am
pli⁹ puniri. Itaq̄ q̄ntū ad intēsionē ꝛ du-
rationē pena excedit culpā. sed q̄ntum ad
meritū culpa penā Hec Bona. Pro fū
damēto Multū ꝛ sepe ꝑcogitare debem⁹
qm̄ breuissima ꝛ labilis ē vita pn̄s. Oui.
meta. Labiť occulte fallitq̄ volatil' etas.
Et nihil est annis velocius. Nec dubium
posteaq̄ dn̄s nos expectauerit i pctis ꝑse
uerātes/ tandē ꝑcutiet. Un̄ dr Sen. i de-
clamatōib⁹ Sūt dij imortales lēti q̄dē: sꝫ
certi vidices generꝫ hūani. Sed qō ē An
adeo graue vindictā faciet dn̄s de dānatꝫ
ꝙ oino excludanť a dei mia. Dic rn̄. vt s.
Ex q̄ ꝯclude q̄ fatui sunt q̄ penitere diffe
rūt. Nā in pn̄ti possum⁹ facile iuenire gra
tiā apd deū. Nā dr dn̄s Zach. j. Cōuerti-
mini ad me ꝛ ego ꝯuertar ad vos. Patꝫ i
niniuitꝫ Jone. iij. Sed siq̄s in h̄ tpe negli
git penitere/ iram dei ꝛ vindictaꝫ sine tpe
sustinebit. Nō venit ad metas mortꝫ mise
rabilis etas. Nescit finiri spq̄ videť oriri.
Semp vexādo: sp gemit⁹ renouādo. Jō
dr Sap. xix. Impijs vsq̄ i nouissimū sine
miscd'ia ira supueniet. O q̄ horrenda ma-
ledictio sic eijci a dei mia Figura Gen̄.
iiij. in Cain cui maledixit dn̄s di. Male-
dict⁹ eris ꝛ vag⁹ ꝛ ꝑfug⁹ sup terrā. Et di-
xit cain. Ecce eijcis me hodie a facie terre
et a facie tua abscondar. Maledictio illa
cain figura est maledictiōis dānatoꝝ qui
oino a facie diuie miscd'ie sūt eiecti ꝛ vagi
et ꝑfugi in suis cogitatiōib⁹. Qꝛ em̄ co gi
tatione auerterūt a deo: iō vagꝫ cogitatōi
bus repleuť/ q̄b⁹ magꝫ ac magꝫ affliguť.
Nūc g̊ charissimi q̄rite miscd'iam: qm̄ vt
ait Gre. in homel'. Miscd'ie tp̄s mō est: sꝫ
iusticie temp⁹ post erit.

S Ecund⁹ ar. In ꝑceō. ꝛc. Nūc in hoc
ꝯsiderandū ꝙ in modico ꝛ ꝑ modico
boni adq̄rere possum⁹ vitā eternā. Ubi ꝓ
mo notate. Que myeulx vault la pleure
chante q̄ la chāte ploeure. Mali siq̄dē ha
bent ꝛ faciunt la chante pleure. qm̄ in pn̄ti
gaudēt: sed in futuro lugebūt in ꝑpetuuz.
Aud. itaq̄ legiť chāte pleure. dicunt enīz
Sap. v. Quid nob ꝓfuit supbia/ aut diui
tiaꝝ iactātia q̄d cōtulit nobis: oia ista q̄si
vmbra trāsierunt ꝛc. Uide si vis. Nos g̊
studeam⁹ poti⁹ habere ꝛ facere la ploeure
chante. Nūc vicꝫ lugere ꝛ laborare modi
co tpe: vt in ꝑpetuū gaudeamus ꝛ requiē
habeam⁹ in vita celesti. Qꝛ vt dr Hiero.
Nullus labor dur⁹: nullū tp̄s lōgū vide-
ri dꝫ q̊ gl'ia et'nitatꝫ adq̄riť. Breuis q̄ppe
labor: sed req̄es ꝛ salus ifinita. In h̊ igiť
modico tpe salutē et'nā adq̄rere possum⁹
modicū laborādo. Et hoc ꝑcipue tripl'r.
Primo ꝯuersas tētatōes potēter euin- (cēdo
Scd'o aduersas tribulatōes pa-
tienter sustinendo.
Tertio bonas opatōes diligēť exeq̄n-
Prio ꝯuersas ꝛc. Un̄ Apoc. xij. Ue (do
terre ꝛ mari qꝛ descēdit ad vos diabolus
hn̄s irā magnā sciēs ꝙ modicum tp̄s hꝫ.
Terre inq̄. i. anie cui⁹ affectio terrena est.
et mari. i. aie q̄ spumosa carnalitate afficiť.
mare em̄ spumosum est. Itē mari. i. aie q̄
honorib⁹ ꝛ supbijs inflať quēadmodum
mare vēto intumescit. In talib⁹ em̄ facilē
aditū diabolus inuenit. Sic g̊ dr petr⁹. j.

Pe. vl. Resistite fortes in fide. ꝯtemnen/
do videlicȝ diuitias: delitias: ꝛ honores:
ꝓpter fidē celestis remūerationis queadmo
dū de moyse dr̄ Heb. xj. Fide moyses grā
dis effect⁹ negauit se esse filiū filie pharao
nis. ecce cōtempt⁹ honoris: maiores diui
tias existimās thesauro egyptioꝝ īprope
riū chr̄i ecce contempt⁹ diuitiaꝝ: magis af
fligi eligens cuȝ ꝑplo dei q̄ tp̄alis pcti hr̄e
iocunditatē: ecce ꝯtempt⁹ delitiaꝝ. ꝛ seq̄r
rō: aspiciebat em̄ in remunerationē. Se/
cūdo aduersas tribulatōes patient̄ sustinē
do. j. Pe. j. In q̄ exultabitȝ modicū nūc si
oportet ꝯtristari ī varijs tentatōib⁹ vt pba
tio fidei vr̄e multo p̄ciosior sit auro qd per
ignē pbat̄ ꝛc. Et. ij. Cor. iiij. Id em̄ qd in
p̄nti momētaneū ē ꝛ leue tribulatiōis nr̄e
sup̄ modū in sublimitate eternū glie pon/
dus opat̄ in nob: nō ꝯtemplantib⁹ nob q̄
vident̄: sȝ q̄ nō vident̄. Que eī vident̄ tp̄a/
lia sunt: q̄ ꝟo nō vident̄ eterna sūt. Ter
tio bonas opationes diligent̄ exeq̄ndo. ij.
Para. xix. Sit timor dn̄i vobiscū: ꝛ cū di/
ligentia cūcta facite. Hoc dicebat rex iosa
phat iudicib⁹ ꝑpli. Sȝ tn̄ possunt hmōi ꝟ/
ba ad oēs dirigi. et Apo. vj. Adhuc susti/
nete modicū. i. modico tp̄e pseuerate i bo/
no: vt sic vicȝ saluare possitis aīas vr̄as et
eternas penas euadere. Exēplū in Vi/
taspa. Quidā p̄rfamilias cū fuaret̄ mortu
us circa mediā noctē resurgēs terruit oēs
q̄ aderant. Vadēs aūt ad eccl'iam deo gr̄i
as referens resq̄ suas ī tres ptes diuidēs
vnam vxori: aliā filijs relinquēs. tertiāq̄ȝ
ꝓ deo distribuēs. hinc fugit ad eremū cel/
lam ibi faciēs iuxta fluuiū congelatū quē
ipe vestit⁹ itrabat: ꝛ inde egrediēs vestimē
ta sinebat ꝯgelari ad carnē/ ꝛ postea in bal
neū calidissimū itroibat ꝛ hmōi successiue
q̄ntū poterat sustinebat ad vsq̄ mortē Et
cū d his ac d alijs ab aspiciētib⁹ argueret̄
dicebat ab ab ab. Si vidissetis q̄ vidi/ si/
milia vl' ampliora mecū faceretis. Referebat
em̄ q̄ in exitu suo vir lucid⁹ duxit eū ꝯ ortū
solis vsq̄ ad vallē infinite magnitudis cu
ius vnū lat⁹ plenū erat flāmis feruentib⁹:
aliud ꝟo geluȝ furēti grandine/ ꝛ erāt ipa late
ra plena animab⁹ q̄ ab ignis vehementia
transibant ad gelu vel econtrario. Post h̄
duxit eum p tenebras dēsissimas ꝛ post h̄
disparuit ille ductor suus. Et vidit ipe glo
bos igniū de barathro ascēdētiū ꝛ ide ascē
dētes ꝛ reincidētes hoies ignitos ad mo
dū fauillaꝝ ꝛ exhalantē inde fetorē sensit
intolerabilē ꝛ fletū ꝛ eiulatū audiuit icom
parabilē ꝛ vidit teterrimos demōes forci
pes igneos ꝛ fuscinulas tenētes ꝛ eū cape
re volētes ꝛ ꝓijcere i fornacē. Tūc is q̄ eū
dimiserat apparuit ei i medijs tenebris q̄si
stella inhibēs demonib⁹ ne eū tāgerēt qr
iudex p̄cepat eū reduci ad corp⁹ vbi si vel/
let pniāȝ ageret quē postq̄ ad loca reqei
duxit: reduxit eū ad corp⁹. Qui postea ex
ꝯsideratiōe ꝛ cōparatōe p̄ri⁹ visoꝝ q̄si ni/
hil reputabat oēs dolores ꝛ angustias q̄
p̄nt hr̄i in p̄nti vita: q̄m vt dt apl's Ro. viij
Non sūt cōdigne passiōes hui⁹ tp̄is ad fu
turā gl'iam q̄ reuelabit̄ in nob.

t Erti⁹ ar. Aud. ꝛc. Prouidete q̄ de fu
turo dū tp̄s habetis ꝛ ꝓuidete picula
q̄ ꝯtingere p̄nt. Naȝ dt lex. Prouidere. dȝ
q̄s qd ꝯtigere pōt. ff. locati. Siq̄s domū.
Et sic dr̄. xxiij. di. In noie. Circa p̄ncipiū
p̄cauendū ē futurȝ pericul' Notate pabolā
quā ꝓposuit balaā ad iosaphat. vt scribit io
annes dam. In ciuitate q̄dā mos fuit vnū
q̄libet anno sibi p̄ncipē ꝯstituere quē i fine
anni nudatū i exiliū mittebat. Quidā aūt
sibi prudent̄ ꝓuidēs cū eēt elect⁹ bona sua
trāsmisit ad locū exilij/ ad quē locū finito
modico tp̄e p̄ncipat⁹ veniēs īuenit ibi co
piā bonoꝝ vnde viueret. Expone ꝛ appli/
ca hortando ad sil'e faciēdū di. Boecio
li. de ꝯso. Nō qd an̄ oclos ē suffecerit itue
ri. reꝝ exit⁹ prudentia metit̄

Sermo. iij.

Modicū et iā

m ꝛc. Subiecti estote oī hūane
creature ꝓpt̄ deū siue regi q̄si p̄
cellenti siue ducib⁹ tāq̄ ab eo missis ad vi
dictā ma. laudē vero bonoꝝ qr sic est volū/
tas dei vt bn̄ ob. fa. ipru. hoim ignorātiā.
j. Pe. ij. Hortamur ad tria q̄ necessaria s̄t.
nob si volum⁹ post modicū tp̄s videre deū

Primo ad hūilitatis subiectionē Sub
iecti estote oī ꝛc.

Scōo ad subiectiōis specificationē: cuȝ
dic. Siue regi ꝛc.

Tertio ad specificatiōis rōnem: cū di/

ar.Quia sic est rc.
De pmo Eph.v.Subiecti inuicē in ti/
more chri.De scdo Ro.xiij.Ois aia ptā/
tib sublimiorib subdita sit:nō em ē ptās
nisi a deo.De tertio.j.Thes.iiij.Hec est
volūtas dei sctificatio vra.
Modicum rc.
P Rim9 ar.An illi q diuina visiōe puā
tur crucient igne ifernali:Q, ñ.Ignis
cū sit material' nō pt agere in animā q est
imaterialis. Contra Apo.xx.Qui nō ē
inuent9 in libro vite script9 missus ē i sta/
gnū ignis.Rñdet Rich.i.iiij.Opinio q/
rūdā fuit q ignis ille nō est corpore9 sz est
spūalis pena q pter acerbitatē r actiuita
tem dr ignis.Quia vt ipi dicūt cū diuina
potentia possit sufficient cruciare repro/
bos pena spūali/supfluū essz i inferno po/
nere ignez matialē siue corporeū.Sz hec
opinio est ꝯ scptura q distingit int ignem
dānatorꝝ r penā spūalem q vocat noie v/
mis Vñ Esa.vl.Vermis eorꝝ ñ morieť:r
ignis ñ extigueť.r Ecci.vij.Vindicta car
nis ipij ignis r vmis.Iō cōiter doct.cō/
cludūt i.iiij.sen.dis.xliiij.In iferno ē ignis
corpore9 a pncipio cū alijs mūdi creaturꝫ
pduct9 r ad cruciādū reprobos ordinat9.
Et h asserit Aug9 d mirabilib sacre scptu
re.Et hz.xxj.de ci.dei vbi ait.Gehenna il
la qd r stagnū ignis r sulphurꝫ dr corpo/
re9 ignis erit.Cui ꝯsonat illd Gre.iiij.dia
lo.Ignez gehēne corporeū esse ñ ambigo
Ignis āt ille inqntū est diuie iusticie istru
mentū aias r spūs affligit.Ad quā affli/
ctiōez disponit vtus naturalis illi9 ignis.
Nec tñ qlemcunq afflictiōez causare pt i
illis spiritib nisi vtute increate iusticie pn
cipalit illos spūs punientꝫ mouentꝫ illum
ignem ad illorꝝ spirituum cruciatuz.In il
lo quidem igne est naturalis aptitudo vt
ei9 species iprimať i itellectu spirit9 sepati:
sz q p talem moduz impmať r cuz tali vio
lentia q ita ad se reuocat intentōez illi9 spi
rit9 q p h notabilr ipediať circa aliarꝝ rerꝝ
ꝯsideratiōez ꝯ suā voluntatez r q tale im
pedimentuz sit ei p gui onere.h est p vtu
tem diuie iusticie.Hec Rich. Pro fun.
Nō dubium qn sit horribil' isern9 p puni/
tiōe malorꝝ.Quā vitatē videnť etiā sensis
se poete r phi.Vñ Virgi.vj.eñ.Facil' de
scensus auerni.Noctes atq dies ptz atri
ianua ditꝫ.Et sic Lactanti9 li.vj.diuiarū
institutionū refert.Esse inferos zeno stoi/
cus docuit r sedes impiorꝝ a pijs eē discre/
tas.Et illos qdē qetas ac delectabiles i/
colere regiōes.Hos vo penas luere i te/
nebrosis locꝫ atq i ceni voraginib horrē/
dis.Querit g An in inferno crucienť aie
rc.Dic rñ.vt s.Ex q ꝯclude q horrendū
sit irreuocabilit mitti in caminū illū ignis
q sic di.b.Sebastiā9 cui āgel9 stabat ad au
rē:se hz ad ignē istū elemētarē sic ignis iste
ad ignē depictū i pariete.De h Ps.Po
nes eos vt clibanū ignis in tpe vultus tui
dñs in ira sua cōturbabit eos r deuorabit
eos ignis.O miseri pctōres lubrici auari
rc.Quid cogitatꝫ:cauete ne sitꝫ de nūero
illorꝝ de qb.j.Thes.v.Cum dixerint pax
r securitas repentin9 eis supueniet iterit9
Figura Geñ.xix.Generi loth credebāt
esse securi i ciuitate sodomorꝝ.iō nō credi/
derūt vbis loth imo videbať eis qsi ludēs
loq.iō statim eos cum alijs iuoluit ignis.
Hmōi sunt q sūt assueti delectationib vi/
ciorꝝ rc.Cauete g ne d hmoi icredulis si/
tis:sz credite qd ait dñs deu.xxxij.Ignis
succēsus est i furore meo r ardebit rc
S Ecund9 ar.In pce.rc.Nunc de eqta
te infallibil' retributiōis:qr di.nō vi/
debitꝫ me pt malos r videbitis me pter
bonos Heb.x.Adhuc modicū aliqntulū
q ventur9 ē veniet r nō tardabit.s.vt red/
dat vnicuiq sm opa sua.Iō dt Apo.vlti.
Ecce venio cito r merc.mea mecū ē dare
vnicuiq sm opa sua.Prio igit vicz in hoc
ser.dicem9 d retributōe malorꝝ qb dicitur
Modicū r nō videbitꝫ me.Ad qd etiam
applicari pōt qd dt dñs Ioā.xiiij.Adhuc
modicū tps r mund9 iā nō me videbit.i.
q mundane viuūt post modicū tps vite p
sentis oīno puabunť possessiōe diuie visio
nis.O q amarꝝ tormentū.Dic em Chry.
sup Mat.q hmōi puatio diuie visiōis ex/
cedit oē aliud gehēne tormētū.Sunt aūt
alia tria tormēta hmōi puatōz ꝯcomitā/
tia,ad pñs i breui ꝯsiderāda.Primū horri
bilis cruciatiōis.Scdm incōsolabilis la/
mentatiōis.Tertiū implacabil' indigna/
tionis. Primū igiť qr reprobi post mo/
dicū delectationis habebūt plurimū horri
bilis cruciatiōis q maxie designať p penā
ignis Apoc.xxj.Pars illorꝝ erit in stagno

ardēti igne ꝛ sulphure. ps. Ignis sulphur ꝛ spūs pcellaꝝ ps calicꝭ eoꝝ. Scdm ꝛc. qꝛ post modicū exultatiōis mltū habebūt incōsolabilꝭ lamētatiōis Matth. xiij. Ibi erit fletꝰ ꝛ stridoꝛ dētiū Hoc maxie sigtur ꝑ penā ꝑmis. De q̄ Esa. vl. Vermis eoꝝ nō morietꝛ. O igitꝛ bti q̄ nūc lugent qm̄ sic dic dñs Mat. v. Ipi consolabuntꝛ. Ar ꝯ. Lu. vj. Ve vob q̄ nūc ridetis qꝛ plorabitꝭ ꝛ flebitis. Tertiū est ꝛc. qꝛ post mltū benigne supportatiōis plurimū sustinebūt iplacabilis supne indignationis. Esaie. x. Adhuc modicū paululūqꝫ ꝛ ꝯsūmabitꝛ indignatio mea ꝛ furoꝛ meꝰ sup scelus eoꝝ. Inde ꝑfecto in eis ꝯfusio importabilꝭ erit ps. Confusi sūt qm̄ deꝰ spreuit eos. Exēplū in Vitaspa. Congregati p̄res rogauerunt beatū arseniū vt diceret eis ꝟbū edificatiōis. Qui statim cepit flere dicēs Fratres mei ꝑducant oculi nr̄i lachrymas ꝛ cōburantꝛ corda hic igne compunctionis ne cōburantꝛ i inferno ꝛ prorsus icōsolabilꝛ lugeant. Itē ibidē. Quidā senex migrās post rediit ꝛ fleuit inconsolabilꝛ: di. se audiuisse voces inumeras: di. frequentꝛ Ve mihi qꝛ ñ fleui: ve mihi qꝛ ñ fleui. Fletꝰ ei ibi est inutilis q̄ hic est tā ꝓciosus. Augꝰ. Frustra ibi flebunt pctōres qꝛ maloꝝ suorū ibi nunqꝫ veniā ꝯsequentꝛ.

T Ertius ar. Aud. ꝛc. q̄ graue dānū ꝛ q̄ inexplicabile tormentū incurrunt pctōres ꝑ modico delectatiōis. Et hoc iuste qm̄ sic dicunt iura. Trāsgredietes mādatū ꝑlati vel ꝑncipis: abiectione ꝛ morte digni sunt. ptꝫ extra de maioritate ꝛ obedientia. c. Siqs venerit. et. ff. de re militari. l. desertorē. §. in bello. Si mādaret rex aliqd sub pena capitꝭ aut tenebrosi perpetui carceris: credo timeret vnusqꝫ trāsgredi mandatū: multo magꝭ timere debemꝰ transgredi mandata dei: qm̄ sic dic Psal. Maledicti q̄ decli. a mā. tuis.

Sermo. iiij.

M Odicū et iā

ꝛc. Quasi liberi non quasi velamen habentes malicie libertatem sed sicut serui dei. j. Petri. ij. Tales sunt qui tandem deum videbunt. In illis autem verbis beatus Petrus tria facit

Primo in christianis tangit conditionē dignitatis: cum dicit. q. liberi.

Secundo excludit abusionē libertatis: cū dicit. ñ q̄si velamen habentes malicie libertatem.

Tertio ostendit rectificationē libertatis: cum supaddit. sed sic serui dei.

De primo. ij. Coꝛ. iij. Ubi spūs domini, ibi libertas. De secundo Jaco. ij. Sic loquimini ꝛ sic facite q. ꝑm legem libertatis incipientes iudicari. De tertio Eph. vj. Non ad oculum seruientes. q̄si hominibus placentes: sed vt serui faciētes voluntatem dei ex anio cū bona voluntate.

Salutatio. Modicum ꝛc.

P Rimus articulus. An priuati diuina visione habeant deum odio: Q. non Nullus potest ipam bonitatē odio habere. Contra Ps. Supbia eoꝝ q̄ te oderunt ascendit semp. Respondet Tho. in iiij. Affectus mouetꝛ ex bono vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditꝛ dupliciter. Uno mō in se sicut a btis q̄ deum ꝑ essentiā vident. Alio mō ꝑ effectus sicut a nobis ꝛ a damnatis. Ipe igitꝛ in seipo cū sit per essentiam bonitas, nō pōt alicui voluntati displicere neqꝫ odio haberi: sed aliqui effectus eius possunt esse voluntati repugnantes inquantū contrariantꝛ alicui, ꝛ ꝑm hoc aliquis deum odire pōt nō in seipso: sed rōne effectuū. Damnati ergo deū percipientes i effectu iusticie qui est pena eum odio habent sicut penas quas sustinent. Hec Tho. Pro fundamento. Impossibile est euadere manū dī. Qui. de pōto. Etsi mortalia possem. Non sūmi poteram tela cauere dei. Et ob hoc dicit Seneca ad Lucillū. Nihil deo clausum Queritur ꝗ. An damnati qui sic sunt oino sub manu ꝛ noticia dei odiant deū. Dic rñ. vt s. Ex qua ꝯclude q̄ fatui sunt q̄ nūc negligunt ad deū redire ꝑ pniam qm̄ tales districte ꝑ dei iusticiā puniēdi sunt. Ecci. ij. Si penitentiā non egerimus incidemꝰ in manus dei. Audite pctōres miseri indurati incorrigibiles. Heu heu q̄re nō potiꝰ eligitis vosipsos i pn̄ti puniri q̄ ꝑ dei iusticiam irremediabilꝛ cruciari: Figura. ij. Regum. xxiiij. Dauid potius elegit triū dieꝝ pestilentiā q̄ ab inimicoꝝ persecutionem aut

famē.vij.annoꝝ. Spūalr dauid cui indignat⁹ erat dn̄s ꝓpter ꝓpli nūeratione sigt pctōrē cui dn̄s indignaṫ ꝓpt pctōꝝ mltitudinē. Eligat ḡ pestē triū dieꝝ.s.contritionis:ꝯfessiōis:ꝛ satisfactiōis.et nō ꝑsecutionē inimicoꝝ:neqꝫ famē septē ānoꝝ.i. t[...]latione ꝛ egestatē totius vite future. Aug.li.de decē chordis. Melior est modica amaritudo in faucibꝫ q̄ꝫ eternū tormentū in visceribꝫ.

s Ecūdus ar. In ꝑced.ꝛc̄. In h̄ autē dicendū de retributiōe bonoꝝ q̄bus ḋt dn̄s. Modicū ꝛ videbitis me. Vn̄.j. Pe.v. De⁹ oīs gr̄e vocauit nos in eternā gl'iam suā in chr̄o Jesu modicum passos. Tūc aūt sic̄ di. Joā.j.ioan.iij.similes ei erim⁹ qm̄ videbim⁹ eū sicuti ē. Et ex hac visione triplicē hēm⁹ felicitatē ad pn̄s ꝯtē (plādā.

Prima delitiose q̇etationis.
Secunda gaudiose exaltatiōis.
Tertia copiose possessionis.

Prima ꝛc̄. qꝛ post modicū laboris multū hēbūt q̇etatiōis. Ecci.lj. Modicū laborauí ꝛ inueni mihi multā req̇ez. Sic̄ ḡ ḋt Pau.Heb.iiij.Festinē⁹ ingredi ī illā req̇em. Scōa est ꝛc̄. qꝛ p⁹ modicū meroꝫ pl'imū hēbūt leticie ꝛ exultatiōis.j.Pet.j Exultabitꝫ modicū nūc si oportet contristari. Job.xxxiij. Videbūt faciē ei⁹ in iubilo.et Esa.lxvj. Videbitꝫ ꝛ gaudebit cor vestꝝ. et Joan.xvj. Vos contristabimi: sed tristicia vr̄a ꝟteṫ in gaudiū. Tertia est ꝛc̄.qꝛ p⁹ modicū tribulatiōis ꝛ indigētie plurimū hēbūt abūdātie ꝛ copiose possessionis. Esa.lx. Tunc videbis ꝛ afflues scꝫ oībꝫ bonis:et mirabiṫ ꝛc̄.Ps̄. Credo videre bona dn̄i in terra vi. Itē Satiabor cū appuerit gl'ia tua. O q̄ꝫ desiderāda est hec visio ḋi ꝛ q̄ꝫ timēdū est ipa ꝑuari. Exēplū q̄re in scōo aduentuali feria.iij.post q̄rtam dn̄icam.

t Erti⁹ ar. Aud.qm̄ excellētissimū p̄miū reportāt iusti ꝓ modico labore. Notate qm̄ lex ḋt. Bn̄ merēti ꝯ ꝟtutum p̄mia tribui cōuenit. C. de statuis ꝛ ima. l.et ꝟtutum p̄mia. Sed audite qḋ ḋr.lxj. di.Miramur.in fine. Honores mūdi si sine merito laboris nō cōsequiṫ aliq̇s:multo forti⁹ nec honores celestiū dignitatum. Nō sit ḡ nob̄ duꝝ ꝓ vita eṫna modico tp̄e laborare Nā si rex cuipiam diceret Serui mihi hodie fidel'r ꝛ ꝑ totū vite residuū req̇em hēbis ꝛ honores pl'imos. Credo q̄ ille libētissime regi ſuiret ꝛc̄. Expone ꝛc̄: notādo illud.j.Coꝝ.iij. Vnusq̇sqꝫ ꝓpriā mercedē accipiet s̄m suū laborē.

Sermo quintus

m Odicū et iā

ꝛc̄.Oēs honorate.j.pe.ij. Sic agere debem⁹ si volum⁹ videre deū cui⁹ imago est in oībꝫ. Itaqꝫ omes debem⁹ honorare triplici rōne

Primo rōne creatiōis ꝓpt diuine imagis (dignitatē.
Scōo rōne recreatiōis ꝓpt gr̄e baptismaṫ nobilitatem.
Tertio ratiōe sperande beatificatiōis ꝓpter illius eterne glorie sublimitatem

De his tribꝫ sup illud Ps̄. Signatū est sup nos lumē vult⁹ tui dn̄e:Glosa distinguit triplicē imaginē.s.imaginē generose creationis. gratiose recreatiōis. et gl'iose assimilatiōis. Prima est in oībꝫ. Scōa in iustis tm̄. Tertia dūtaxat in btīs.

Modicum ꝛc̄.

p Rim⁹ arti. An possit hō videre deū ꝑ essentiā:Q, nō. Chryſ.exponēs illud qḋ ḋr Jo.j. Deū nemo vidit vnq̄ꝫ.sic ḋt. Ipm qḋ est de⁹ nō solū ꝓphete:sed nec angeli viderūt neqꝫ archāgeli:qḋ em̄ creabilis est nature/ qualiter videre poterit quod increabile est: Sed contra.j.Coꝝ. xiij. Videm⁹ nūc ꝑ speculū ꝛ in enig. tunc aūt facie ad faciē. Et.j.Jo.iij. Videbim⁹ eū sicuti est. Rn̄.tho.in p̄ma ꝑte.q.xij. sic di.q̄ homī inest naturale desideriū cognoscēdi cām cū intueṫ effectū.ꝛ ex h̄ admiratio in hoībꝫ ꝯsurgit. Si igiṫ intellectus rōnalis creature nō posset ad p̄mā causaꝫ reꝝ ꝑtingere/remaneret inane desideriuꝫ nature:qḋ ē incōueniēs. Jḋ ꝯcedēdū ē q̄ intellect⁹ creat⁹ pōt deū videre. Qḋ āt ḋt Chryſ.itelligendū est de visiōe cōprehensiua. Hec tho. Pro fund.Q, hō diuia coḡscere possit/videnṫ etiā sentire poete ꝛ phi.Oui.j.meta.Pronaqꝫ cū spectēt animalia cetera terrā. Os homī sublime dedit:celūqꝫ videre Jussit:ꝛ erectos ad sidera tollere vult⁹. et Arist.x.eth.ꝯ simonidē ḋt:q̄ hō se dꝫ trahere ad diuia q̄ntū p̄t. Sed q̄ hō possit deuꝫ videre/nō tradunt

phi neqꝫ poete. Hoc ergo q̄rit̃ An scꝫ pos/ sit ꝛc. Dic rn̄.vt s. Et tandeꝫ dicas. Cū ḡ bti sint in vltima sui ꝑfectiōe: nō dubium qn deū videāt. Ex q̄ resolutōe ꝯclude ꝙ ad hoc instātissime debem⁹ eniti vt digni efficiamur visiōe dei. Al's em̄ inania erūt oia nr̄a desideria. Sed q̄rit̃ quō ad h̄ dis/ poni poterim⁹. Audi Esa.lx. Tunc vide/ bis ꝛ affiues ꝛ mirabit̃ ꝛ dilatabit̃ coꝛ tu/ um qn̄ cōuersa fuerit ad te ml'titudo marꝫ foꝛtitudo gētiū venerit tibi: inundatio ca meloꝝ opiet te/ dromedarij madiā ꝛ effa. Ubi notāde st̃ tres ꝯditiones dispositiue ad videndū deū. Prima est pnie amari/ tudo: iō d̄t. qn̄ ꝯuersa fuerit ad te ml'titu/ do marꝫ.i.amaritudis Scd̄a est ꝯstantie foꝛtitudo. s. in aduersis tolerādis: ꝛ i insi dijs tentationū expugnādis. ideo d̄t: foꝛ/ titudo gentiū venerit tibi. Tertia est di/ ligentie ꝓmptitudo. s. in bonis exeq̄ndis. iō d̄t: inundatio cameloꝝ opiet te: droꝫ.ma diā ꝛ effa. Illa em̄ sunt aīalia velocissi/ ma: camelus. s. ꝛ dromedari⁹. Et nota ꝙ madian interp̄tat̃ ꝯdictio. et effa mēsura. ꝑ qḋ signat̃ ꝙ diligentia boni opis debet esse ꝯtradictiua acidie ꝛ cū mēsura discre/ tionis ꝛ prudentie. Pro p̄mo Hierem.ij. Scito ꝛ vide q: malū ꝛ amarū est reliq̄sse te dn̄m deū tuum. Pro scd̄o Tob.v. Foꝛ ti aio esto. Pro tertio illud.ij. Coꝛ.ix. Nō ex tristicia aut necessitate. hilarē ei datoꝛē diligit de⁹. Figura Moyses p̄usq̄ ap/ pareret sibi de⁹ i mōte ꝛ cū eo loq̄ret̃: trās/ ijt mare: dimicauit ꝯ amalech: ꝛ diligēter ascēdit in montē: vt patꝫ Exo.xiiij. ꝛ.xvij ꝛ.xix. Expone ꝛ applica s̄m sup̄dicta. Et nota ꝙ moyses interp̄tat̃ assumpt⁹ ex aq̄s Et ꝑcat quelibet auersuꝫ ab aq̄s volupta/ tū: quē opꝫ trāsire mare pnie: bellare ꝯ tē tatiōes: ꝛ in montē celestē ꝑ desideriū ascē dere. et sic disponit̃ ad videndū deum: q̄m ex talib⁹ efficit̃ coꝛ mūdum q̄ videt̃ deus. Mat.v. Bti mūdo coꝛde: q̄m ipi deū vi. s Ecūd⁹ ar. In p̄ced.ꝛc. Nūc d̄ tertio qḋ est veritas infinibilis duratiōis. q: vt d̄r Matt.xxv. Ibūt hi in supplicīuꝫ eternū. iusti aūt in vitā eternam. In h̄ aūt s̄mone dicemus breuiter de duratōe infi/ nibili punitionis reproboꝝ. Nam sicut d̄t Grego. in moꝛ. Ibi moꝛs sp̄ viuit: ꝛ finis sp̄ incipit: ꝛ defect⁹ deficere nescit. Ubi ad

p̄ns tria sunt consideranda: videlicet
Continuitas sine interruptione
Acerbitas sine alleuiatione
Intermiabilitas cū oimoda desꝑatiōe.

Primo igit̃ ꝛc. Un̄ Apoc.xiiij. Nō hēbūt reqēꝫ die ac nocte q̄ ado.be.ꝛ ima.ei⁹. Et Judic.xx. Nō erat moꝛientiū reqes. Ma gna q̄ppe est aggrauatio doloꝛis/ ꝯtinua/ tio passiōis. Scd̄m est acerbitas sine di/ minutione aut alleuiatione: q̄m in inferno nulla est redēptio. Est tn̄ intelligēdū s̄m Sco.in.iiij.di.xx. ꝙ nō est incōueniēs pe/ nam debitā veniali hr̄e terminū in iferno. q: etiā vere penitēs p̄mo ꝛ ꝑtem pnie im/ posite explēs ꝛ an̄ totā expletā recidiuās in moꝛtale: et sic decedēs: ꝓ parte pnie rest dua soluet penā in inferno/ ꝛ nō nisi t̄palē. q̄a iā cōmutatū est debitū pene et̃ne i debi tū pene t̄palis. Sed loq̄ndo de pena infli cta ꝓ illis peuis ꝓ q̄b⁹ aliq̄s damnat̃: nul/ la erit diminutio: nulla erit alleuiatio: nul la solatij interpositio. Ezech.vij. Angu/ stia supueniēte req̄rēt pacē ꝛ nō erit. Cō/ turbatio veniet sup ꝯturbationē. Quid ḡ dicere pōt aīa dānata: Certe illḋ Thren. j. Posuit me desolatā tota die meroꝛe ꝯfe ctam. Heu doloꝛ: oh pena: vach desolatio plena oī toꝛmēto. Sup hec hō coꝛde me/ mento. nec em̄ vn⁹ alium poterit cōsolari. nec vn⁹ cōpatiet̃ alij. Nec etiā btī cōpatiēt̃ miserijs damnatoꝝ. Sed sicut d̄t Ps. Le tabit̃ iust⁹ cū viderit vindictā. Tertiuꝫ est intermiabilitas cū oimoda desꝑatiōe. Prouer.j. Moꝛtuo hoīe impio/ nulla erit vltra spes. Intelligite hec q̄ obliuiscimi/ ni deū. auari: supbi ꝛc. Dicat̃ ḡ vnusquisq̄ eoꝝ illḋ Hiere.xv. Quare fact⁹ est doloꝛ me⁹ ꝑpetu⁹ ꝛ plaga mea desꝑabil'. O si mi seri pctōres attēderēt q̄nt⁹ sit hoꝛroꝛ infer/ nalis pene: certe nō timerēt penas t̄pales nec differrent agere pniam. Bern̄. in ep̄la Vigilias times ꝛ ieiunia: manuūq̄ labo res: sed hec leuia sūt/ flāmas ꝑpetuas me ditāti. Exemplū narrat Gre.li.iiij. dialo. de q̄dā Petro facto heremita q̄ anteq̄ he remum peteret/ infirmitate grauatus: de/ funct⁹ est. sed ꝓtin⁹ vite restitutus: inferni supplicia innūera ꝛ flāmarū loca se vidisse testabat̃: ꝛ q̄sdā potētes hui⁹ seculi ibi sus/ pensos vidisse: vbi cum a demonib⁹ mer/ geret̃: ꝓhibuit angelus dicēs. Regredere

ad corpus/ꝛ q̄liter sit viuendum attende
Qui ad vitam rediēs: carnē suā vigilijs ꝛ
ieiunijs adeo affligebat: vt etsi lingua ta/
ceret q̄ viderat ꝛ timebat: cōuersatio loq̄/
ret. Propterea ait Greg. Scti tpalem penā
lucꝝ putat. quia ꝑ hanc euadere eternā nō
formidant.

t Ertiꝰ ar. Aud. ꝛc. Nolite ḡ neglige/
re. Dicit em̄. l. Dissoluta negligētia
ꝓpe dolū ē. ff. mādati. l. Si fideiussor. Et
nō solū dolus: sed etiā negligētia iputat:
vt patet extra de ɔstitutōib. Si aūt. Po/
ne casū de ꝓditore cui rex benignꝰ manda
uit: veni ad me/ indulgētiā cito ꝓcepturꝰ.
Si autē differas/incarcerabo te ꝛc. Ille
negligit: iō horrēde incarceratꝰ ē. Expone
notādo illō Eccī. v. Ne tardes ɔuerti ad
dn̄m: ꝛ ne differas de die in diē.

Sermo sextus

Modicū et iā

m ꝛc. Fraternitatē diligite. j. Jo
an. ij. hoc est necessariū si volu
mꝰ videre deū. Ad hāc āt dilectionē nos
hortat natura: scptura: ꝛ gratia. De pmo
Ecci. xiij. Oē anial diligit sibi silē. De se/
cūdo Joā. xv. Hoc ē ꝓceptū meū vt dili/
gatꝭ inuicē. De tertio. Aug. li. de doctria
chri. Oēs q̄de frēs ꝓm ꝙ hoies sumꝰ: sed
mlto magꝭ ꝓm ꝙ chriani. Modicū ꝛc.

p Rimꝰ articulus. An in visiōe diuine
essentie ɔsistat btitudo: Q, nō. qꝛ dt
Diony. j. ca. mystice theol. Per illud qd
est supmū intellectꝰ hō dō ɔiūgit sic oino
ignoto. Cōtra. Aug. Visio est tota mer
ces. Rn̄. tho. j. ij. q. iij. ꝙ vltia btitudo
nō pōt esse nisi i visione diuine essentie. q̄a
nunꝗ pōt q̄etari desideriū naturale hois
cogscēt q̄usꝗ ꝑueniat ad cogscēdū essen/
tiā cause. Btitudo aūt est bonū appetitꝰ
humani totalr q̄etatiuū. Vide dn̄ica. lxx.
sermone. v.

s Ecūdus ar. In ꝓced. ꝛc. Nūc aūt di
cendū de duratiōe infinibilis remūe
ratiōis btorꝝ. Gal. vj. Qui seminat in spū:
de spū metet vitā eternā: q. s. in ipa visiōe
cōsistit. Jo. xvij. Hec est vita eterna vt cog
noscāt te solū verꝝ deū ꝛ quē misisti iesum
chrm. In hac aūt visione q̄ vita eterna est
gaudiū est inextimabile ꝛ sūme desidera/
bile. qꝛ vicꝫ illud est gaudiū purissimū si/
ne doloris admixtione. Gaudiū securissi/
mū sine timoris ꝑturbatiōe. Gaudiū ple/
nissimū sine diminutiōe. Primo igit ꝛc.
Esa. lj. Gaudiū ꝛ leticiā obtinebunt ꝛ fu/
giet dolor ꝛ gemitꝰ. Nam ꝛ Apoca. xxj.
Absterget deꝰ oēm lachrymā ab ocul' eo/
rū: ꝛ mors vltra nō erit neꝗ luctꝰ neꝗ cla
mor neꝗ dolor erit vltra que pma abierit.
Bern. Absterget deꝰ lachrymā compun
ctiōis: qꝛ ibi nō erit culpa. lachrymā com
passionis: qꝛ ibi nulla miseria. lachrymaꝫ
deuotiōis: qꝛ ibi nō erit vado ꝛ venio ad
vos. Et tale ē vite pn̄tꝭ gaudiū: imo dicit
Prouer. xiiij. Risus dolore miscebit. Et
Boe. li. de ɔsol. Quantū multꝭ amaritu/
dinib hūane felicitatꝭ dulcedo respsa est
Scd̄o gaudiū illud est securissimū. Jo
an. xvj. Gaudiū vestrꝝ nemo tollet a vob.
Et Aug. in solilo. Ibi gaudiū nunꝗ de/
crescit. Nō tale est gaudiū mūdi: de quo
Prouer. xiiij. Extrema gaudij luctꝰ occu/
pat. Ideo Aug. i solilo. Vita mea vita ca
duca: vita fallax ꝛ vmbratica: plena laq̄is
multꝭ. Nūc gaudeo: sepe tristor: nūc vigi/
lo: iā infirmor: nūc viuo: sp morior: nūc fe
lix appeo: sepe miser: nūc rideo: iam fleo.
Sicꝗ oīa mutabilitati subiacent vt nil
vna hora in vno statu ꝑmaneat. Hinc ti/
mor: hinc tremor: hinc fames: hinc sitis:
hinc calor: hinc frigꝰ: hinc lāguor: inde do
lor exuberat. Tertio illud gaudiū est
plenissimū. q. s. de bono īfinito. Jō salua/
tor dicebat discipulis Joan. xvj. Petite ꝛ
accipietꝭ vt gaudiū vrm̄ sit plenū. Sic est
gaudiū illud vt ipa ciuitas celestꝭ dicatur
tota exultatio: ꝛ ppl's eiꝰ gaudiū Esa. lxv.
Ecce creo hierusalē exultatiōē ꝛ pplm eiꝰ
gaudiū. Exēplum de lamina ferri in medio
fornacꝭ ardētissime posita ꝙ sic tota pene/
trat ab igne ꝙ nō tm̄ dr ignita/ sed ignis:
lꝫ nō apphēdat totū ardorē fornacꝭ. Sic
et q̄libet aia btā adeo replet gaudio ꝙ nō
tm̄ dr gaudiosa: sꝫ gaudiū. Jō etiā dīgit
dn̄s d. Mat. xxv. Intra i gaudiū dn̄i tui.
q. d. Nō in te intrabit gaudiū: qꝛ nō pos/
ses illō cōphēdere: sꝫ intrabis i gaudiū
sicut in abyssum incomprehēsibilē. Ansel.
Gaudiū erit intꝰ ꝛ extra: gaudiū sursū at/
ꝗ deorsū: gaudiū circūcirca ꝛ vbiꝗ gau

diū plenū. Exemplū tale legit̄ de gaudio celi. Deuot⁹ q̄dam religiosus a deo petiuit vt sibi reuelaret aliquā dulcedinē celestis gaudij. Vna ḡ dier̄ cū esset in orōne audiuit auiculā ꝓpe se dulcit̄ cātantē. Qui se erigēs ab orōne/voluit app̄hēdere auiculā:q volauit an̄ eū vsq̄ ad siluā que ꝓpe monasteriū erat:⁊ sedit sup̄ vnā arborem. Stās ḡ sub arbore audiuit cantū auicle: ⁊ postmodū auicula euolauit. Regressus igit̄ ad monasteriū/existimabat se vix vnā aut duas horas sub arbore stetisse. Veniens inuenit portā monasterij mutatā:⁊ aliam portam inuenit ex alio latere:pulsauit. Frater portari⁹ q̄siuit vn̄ veniret ⁊ q̄s eēt et q̄d q̄reret. R̄ndit. Ego iā nup̄ de monasterio exiui ⁊ iā reuertor ⁊ video monasteriū mutatū. N̄ūciauit portari⁹ abbati. Veniēs abbas:q̄siuit q̄s esset ⁊ vn̄ veniret. R̄ndit. Frater sum hui⁹ monasterij:⁊ nouiter exiui ad siluā ⁊ reuersus neminē̄ nosco: ⁊ nemo me nouit. Tūc abbas ⁊ seniores monasterij q̄sierūt ab eo nomē abbatis q̄ p̄erat monasterio illo tp̄e q̄ exiuit. Et q̄rētes in chronicis:inuenerūt eū defuisse a monasterio.ccc.xl.ānis. Hoc magnū fuit q̄ p totū illud tp̄s p̄ dulcedine cant⁹ vni⁹ angeli nec sensit frig⁹ nec calorem nec esuriuit nec sitiuit. Quid tūc erit qn̄ celū̄ intrabim⁹ et nouē choros angelor̄ cātare audiem⁹:S̄ȝ notate q̄d d̄r Ber. Qui carnalib⁹ delitijs pascit̄:et̄nis delitijs indignus habetur

t Erti⁹ ar. Aud. ⁊c̄. q̄ modicū ē tp̄s merēdi:s̄ȝ merces et̄na. P̄ēsate ḡ q̄nta est adhibēda diligētia. Lex d̄r.ff. d pactis.l.sūma. Quilibet dȝ ꝓ suis negocijs vigilare. Et.xxi.q.i. Relatio. et de cō.di.iij. Ne q̄d absit. Acceleratio cōmendabil̄ est in lucri aīar̄ ꝓmotōe. Attēdite: si esset nūdina p horā tm̄ durās in q̄ bn̄ mercādo posset̄ facile lucrari cētūmille aureos:nōne festinaret̄ durāte nūdina: Credo ꝙ sic Expone ⁊ applica notando illud Gal.vi. Bonū ḡ faciētes nō deficiam⁹ aliq̄n. tp̄e em̄ suo metem⁹ nō deficiētes.

Sermo septimus

m Odicū et iā ⁊c̄. Deū timete.i.Pet.ij. Hoc necessariū est si volum⁹ deū videre. Ad timendū aūt deū maxie nos idūcere dȝ consideratio dīni iudicij. Apoc.xiiij. Timete deū q̄ venit hora iudicij ei⁹. Et h̄ p̄cipue ꝓpt̄ tria. Tū ꝓpt̄ potētiā iudicis iuīncibilē. Tū ꝓpt̄ sapiam ei⁹ īfallibilē. Tū ꝓpt̄ iustiā ei⁹ īflexibilē. De p̄mo Mat.x. Deū timete q̄ p̄t aīam ⁊ corp⁹ p. in ge. De scd̄o Heb.iiij. Oīa nuda ⁊ apta sunt ocul̄ eius De tertio Ps̄. Iust⁹ dn̄s ⁊ iusticias dilexit. Modicum ⁊c̄.

p Rim⁹ art̄. An videntiū deū vn⁹ alio p̄fecti⁹ videat: Vide s̄.dn̄ica i albis ser.vij. Sed ꝓ fūdamēto sic poter̄ dicere. Certū est ꝙ q̄ pl⁹ laborauerit ⁊ floruerit in bonis opib⁹:pl⁹ mercedis accipiet. iuxta illō Ouid.li.fastor̄. Si bn̄ floruerint segetes tūc area diues. Si bn̄ floruerit vinea diues erit. Ad q̄d etiā ptinet q̄d dicit Arist.v.Eth. ꝙ iusticie distributiue mediū est ƀm ꝓportionalitatē quādā ƀm quā reddēda est merces ƀm dignitatē oper̄ et operāt̄. Cetera vbi s̄.

s Ecūdus ar. In hoc ser. iuxta textū̄ euāgelicū ꝯteplāda sūt tria mysteria q̄r̄ ꝯsideratio dispositiua ē ad vidēd deū

Primū est. subtractio delectabilis presentie.

Secundū est perpessio laudabilis tristicie.

Tertiū est ꝯclusio desiderabil̄ leticie.

Primū igit̄ ⁊c̄. Cum d̄r dn̄s. Modicū ⁊ nō videbit̄ me:⁊ iter̄ mo.⁊ vi.me. Hoc ad lr̄aȝ ipletū ē i passiōe dn̄i ⁊ resurrectōe Sp̄ual̄r āt iplet̄ i nob̄ cum freq̄nt̄ i orōne dn̄s se sbtrahit ab amico:s̄ȝ n̄ ab amicicia Et h̄ triplici rōne. P̄ria ē rō ꝓfūdioris hūiliatōis:vt p h̄ vicȝ excludat̄ p̄sūptio ⁊ nimia securitas:qm̄ vt ait Hiero. Seueritas parit negligētiā: negligētia ꝓo iobediētiā. vn̄ Ecci.xxvij. Si i tiore dn̄i te n̄ tenuer̄:cito subuertet̄ dom⁹ t. Per talem ēt dine ꝯsolatōis subtractōeȝ ꝯcoḡscit hō suā ipfectōeȝ:vt cū q̄s forte hȝ adiutorē in ope suo:illo subtracto/stati coḡscit ifirmitatē suā. ps̄. Ego dixi i abūdatia m.n̄ mouebor i et̄:dn̄e i volū.t p̄sti. d̄co:ri m.v̄tu. Sed vt me mihi ostenderes/auertisti faciē tuā a me ⁊ fact⁹ sum ꝯturbat⁹. Bern̄. Maḡ p̄fectio ē sue ipfectiōis recognitio. Scd̄a ē rō amarioris cōpūctiōis. Per h̄ em̄ inducit̄ hō ad pleniorē sue conscientie

discussionē. Hiere.iij. Leua oculos tuos in directū ꝛ vide vbi nūc ꝓstrata sis et ad fletum amariorē ps. Fuerūt mihi lachry= me mee panes die ac nocte dum dr mihi q̄ tidie vbi est de⁹ tuus. Et ex h̄ hō magꝫ ti met ppetuā a deo sepationē. Tertia est rō feruentioris affectiōis vt.s.ardenti⁹ oret ꝛ q̄rat deū Greg. Sctā desideria dilatione crescūt Exemplū i chananea Mat.xv. Et cū iuenerit cauti⁹ custodiat. Can.iij. Te= nui eū nec dimittam. Scdm est ppessio laudabil' tristicie. q2 cū q̄rerent discipuli i= ter se. Quid est h̄ qd dic Modicū. Dixit eis iesus. De hoc q̄ritꝫ int vos q2 dixi vo bis Modicū ꝛc. Amen amen dico vob q2 plorabitꝫ ꝛ flebitꝫ vos: mūdus aūt gaude bit.i.mūdi amatores. vos ꝟo ꝯtristabimi ni.s.de passiōe mea. Notādū aūt ꝙ sic dic apl's.ij. Cor.vij. Duplex ē tristicia. Una ꝓm deū/alia ꝓm seculū. Hec scda aliqn̄ ꝓ= uenit ex tumore supbie qn̄ scꝫ qd appetūt adipisci nō possūt. Exēplū.ij. Mach.vj Antiochus incidit i languorē pre tristicia q2 nō factū est sic cogitabat. Aliqn̄ ex liuo re iuidie sic in cain Gen.iiij. Aliqn̄ ex ar= dore auaricie Eccs.v. Quid ꝓdest auaro ꝙ laborauerit i ventū Cūctꝫ dieb9 come= dit i tenebrꝫ ꝛ i curꝫ mltꝫ ꝛ i erūna atq3 tri sticia: De hmōi tristicijs dt apl's.ij. Cor. vij. Secli tristicia mortē opat Tristicia ât ꝓm deū q̄ laudabil' est mltiplex est vicꝫ tri sticia cōpunctiōis.ij. Cor.vij. Contristati estꝫ ad pniaꝫ. Itē tristicia cōpassiōis Ro. ix. Tristicia mihi magna ē ꝛ dolor ꝯtinu⁹ cordi meo. Optabā em ipe anathema esse a chro ꝓ fratrib9 meis.i. optabā a chro se= parari ad tps ne ipi eternal'r separarentur. Itē est tristicia deuote zelatiōis cū q̄s vicꝫ tristat ð diuia ihonoratōe. Sic tristat⁹ est esdras cū sibi nūciatū fuisset filios isrl' ꝯ le gē dei accepisse vxores alienigenas. vt hꝫ Esdre.ix. Sic etiaꝫ tristati sunt discipuli dn̄i vidētes eū mltipl'r dehonorari i passi= one sua. Tertiū ē ꝯclusio desiderabil' le ticie: cū dt dn̄s.s3 tristicia vr̄a vertet i gau diū. Hoc in aplis factū est in die resurre= ctiōis. Ponit aūt dn̄s silitudinē de mulie re pturiente. ꝛ deinde applicat di. Et vos nunc q̄dem tristiciā habetꝫ.s. tpe passiōis mee ꝛc. Iterū aūt videbo vos.s. post resur rectionē. Qd et pleni⁹ impletū ē in glia ce lesti vbi gaudiū est inextimabile ꝛ itermi= nabile. Exemplū de dulcedie hui⁹ gau= dij legit in li.ð apib9. ꝙ canonic⁹ q̄dā regu larꝫ deuot⁹ cū grauiter affligeret a suis p̄= latis: ꝛ tn̄ in oib9 obseq̄osus esset: volebat vincere i bono malū s3 nō poterat. Uespe igit q̄dam ꝓpter id qd patiebat tribulat⁹ lachrymas amarissimas fudit depcans sā ctos martyres mauriciū ꝛ socios ei⁹ q̄ꝝ fe stum instabat vt eoꝝ pcib9 ꝯsolationē me= reret. Nec mora cū cubiculū itrasset ꝛ leui ter obdormisset: audiuit choros angelorū cantantiū in sublimi Gaudent in celis aie sā ctoꝝ q̄ chri vestigia sūt secuti ꝛ q2 ꝓ eius amore sanguinē suū fuderūt. iō cū chro re= gnant in eternū Dixit aūt postea ꝙ cant⁹ ille tante dulcedinis extitit ꝙ nisi de⁹ eum ad vitā aliter ordinasset: fere animā ei⁹ de corpe rapuisset. Et cū tūc gui esset deten= tus ifirmitate: in sola delectatiōe illi⁹ can tus tā spū q̄ȝ corpe sic integre sospitat⁹ est vt vix eum postea vlla ꝑturbatio q̄ntūcū= q3 magna ledere potuerit. Quāta g̃ est il la celestis beatoꝝ ꝯsolatio vbi sic dr Esa. lj. Leticia sempiterna sup capita eoꝝ.et.j. Pe.j. Exultabitis leticia inenarrabili.

T Ertius ar. Audistꝫ ꝛc. Notate itaq3 p̄cipue verbū illud dn̄i. Tristicia ve= stra vertet i gaudiū. Quivult g̃ gaudium illud celoꝝ adq̄rere nō timeat tristicias et dolores hui⁹ vite Dicūt em iura. Qui do mū vel possessionē adq̄rit: debita ꝛ onera eius ꝓsoluere debet. ff. ð ꝯtrahen. empti. vel vendi. l. Alienatio. et extra de decimis Cū nō sit. Et nota ꝙ gaudio celesti anne= xū ē onus t[?]alis tristicie. Iuxta illd Act. xiiij. Per mltas tribulatōes oportet nos intrare in reg. celoꝝ. Notate/si cui ꝓmitte ret ab aliq̄ veraci ꝛ potente ꝙ oēs lapides q̄s ad eū afferret ꝟteret in auꝝ: vtiq3 hinc inde cū gaudio ꝯgregaret lapides plures ꝛ maiores q̄s posset. Spūaliter ab eo qui veritas est ꝛ potens sup oia ꝓmittit ꝙ tri= sticia vestra vertet in gaudiū. Iō libenter sustinere debem⁹ oēs tristicias hui⁹ mūdi dūmodo nō sint viciose. Un̄ ꝛ ipe domi= nus Matt.v. Bti q̄ lugent.

Dn̄ica.iiij. post pasca
Sermo.j.

Cum vene

rit paracletꝰ ille arguet mūdū de pctō ⁊ de iusticia ⁊ de iudicio. Joā.xvj. Oē datū optimū ⁊ oē donū pfectū desursum est descēdens a pr̄e luminū apd quē nō est trāsmutatio neqȝ vicissitudinis obūbratio. Jac.j. Ibi ꝑ datū optimū ⁊ ꝑ donū ꝑfectū intelligunt̄ dona spūssctī. Heb.vl. Optimū est gr̄a stabilire cor. Et Deut.xxxij. Dei ꝑfecta sūt opa. Qd̄ pcipue verū est de opibus gr̄e ⁊ glie. In supradictꝪ aūt ꝟbis btūs iacobꝰ Primo excludit hūanā presumptionē. qꝛ nihil boni pōt hō hr̄e a se. Scd̄o inducit ad deuotā postulationē ⁊ gr̄aꝝ actionē. qꝛ siq̄d possit hr̄i gr̄e aut glie/petendū est a deo ⁊ sibi regratiandū. Tertio innuit pie ꝯfidētie rōnem: cū dr̄. apud quē nō est trāsmutatio ⁊c. Ideo sꝑare debemꝰ ꝙ ita nob velit largiri dona gr̄e sic̄ ⁊ his q̄ an̄ nos fuerunt. De pᵒmo.j. Cor.iiij. Quid hēs qd̄ nō accepisti. De scd̄o Jaco.j. Siq̄s indiget sapīa postulet a deo. De tertio ibidē. Dat oibꝰ affluenter. Cū venerit ⁊c.

p Rimꝰ articulus An oē pctm̄ pcedat ex tētatiōe maligni spūs: Uide in pᵒmo aduentuali feria.iiij. post primā dominicā aduentus.

s Ecūdus ar. In ꝟbis themat̄ tangit̄ ꝙ spūssctūs veniēs arguet de tribus. vicȝ

De pcti offensione.
De iusticie corruptione
De iudicij abusione.

Primo arguet de pctō inq̄ntū ōn̄dit peccatū esse detestabile qꝛ dei iniuriatiuū. q̄a diaboli letificatiuū. qꝛ homi valde nociuū Ōn̄dit aūt spūssctūs pctm̄ esse dei iniuriatiuū autoritatibꝰ: signis: ⁊ rōnibꝰ. In h̄ aūt ser. dicemꝰ quō spūssc̄ūs ꝑ autoritates ōn̄dit pctm̄ eē iniuriatiuū dī. Sūt ei autoritates ille a spūsctō: neqȝ ꝟe capi pn̄t sine spūsctō. Circa h̄ aūt tria sunt ꝯsiderāda

Primū est peccati detestatio
Scd̄m est pctōris redargutio.
Tertiū est redargutiōis ratio.

~~Primū ⁊c.~~ Per tales. s. autoritates Sap.xiiij. Odio ē deo ipꝰ ⁊ ipietas eiꝰ. ⁊ Eccī xij. Altissimꝰ odio hȝ pctōres. Et ps̄. Odisti oēs q̄ opant̄ iniq̄tatē. Jō dr̄ Aug.xij. de ci. dei. Dicunt̄ in scpturꝪ dī inimici oēs q̄ eiꝰ imꝑio aduersant̄ nō natura sed vicio. Qȝ si q̄rꝪ q̄ntū dō displicet pctm̄: certe tātū q̄ntū bonꝰ est. infinite aūt bonꝰ est: id̄o infinite detestat̄ pctm̄. Idcirco nō est creatura q̄ sufficiēter ⁊ oīno valeat explicare q̄ntū deo displicet pctm̄. Multū ḡ debēꝰ abomiari pctm̄ si deū diligimꝰ. Ps̄. Qui diligitꝪ dn̄m/ odite malū. Multū ḡ timēdū est ne ꝓpt̄ pctā inimici dei simꝰ. nec dei solū: imo totiꝰ curie celestꝪ. Un̄ angeli bt̄i dicunt̄ tristari de pctō hoīs: nō q̄dē (vt dr̄ Petrꝰ aureoli in.ij. di.xj.) accipiēdo tristiciā ꝑ passiōe causata in volūtate q̄ formaliter est afflictio q̄dā. sed accipiēdo tristiciam aut dolorē ꝑ q̄dā intēso nolle: q̄ nollēt pctm̄ cōmitti. Dicunt̄ etiā tristari ꝓpt̄ ꝑuationē gaudij. vn̄ Aug. li. solilo. Quotiēs bn̄ agimꝰ gaudēt angeli ⁊ tristantur demones. q̄tiēs ꝟo a bono deuiamꝰ/ diabolū letificamꝰ/ ⁊ angelū suo gaudio defraudamꝰ. O q̄ꝫ fetidus q̄ꝫ abominabil̄ est pctōr corā deo ⁊ angel̄. Ansel. Tolerabiliꝰ feret canis putridus corā hoībꝰ q̄ꝫ aīa peccatrix corā deo ⁊ angel̄ eiꝰ. Notate q̄ntū timeret aliq̄s si certꝰ esset odiū regis et totiꝰ curie sue incurrisse. sꝫ pauidꝰ cogitaret d. O q̄d ꝯ me est rex facturꝰ. Quanto magꝪ tu ifelix aīa ⁊c. Scd̄m est pctōrꝪ redargutio qꝛ vicȝ pctm̄ sit dei iniuriatiuū: Audacter ꝑpetrat Job.xv. Cucurrit aduersus deū erecto collo. et Hiere.ij. Arguet te malicia tua. Itē qꝛ sciēter aliq̄n celat. Osee.xiij. Colligata ē iniq̄tas effraim absc̄ōditū pctm̄ eiꝰ. Itē qꝛ freq̄nt̄ excusat. Hiere.ij. Dixisti: absqȝ pctō suȝ. Multi sūt filij ade q̄ cū folijs ꝟboꝝ opiūt pudibūda sua. Isti sūt ficulnea folijs ꝟboꝝ plena sȝ sine fructu. cui maledixit dn̄s Matth.xxj Ideo dr̄ Ps̄. Nō declines cor meū in verba malicie ad excusandas excusatōnes in pctis. Tertiū est redargutiōis rō. Un̄ dr̄ dn̄s. De pctō q̄dē: qꝛ nō crediderunt in me. Aug. Hoc pctm̄ q̄si solū ꝑ ceteris posuit. qꝛ h̄ manēte/cetera detinent̄. ⁊ h̄ discedente/cet̄a dimittunt̄. Idem ō ꝟbis dn̄i. Multū interest vtꝝ quisqȝ credat ipm esse chr̄m: ⁊ vtꝝ credat i chr̄m Nā ⁊ demones ꝯfitebāt̄ ipm eē chr̄m. Ille ꝟo i chr̄m credit q̄ sꝑat i chr̄m ⁊ q̄ diligit chr̄m. Oīs ḡ pctōr defectum hȝ fidei. Etsi ꝟbis fatet̄ se nosse deū: factꝪ tn̄ negat: vt hr̄ Tit.j. Osi

attēderes o pctōꝛ qd facꝫ cum peccas quō deū ꝛ totā celi curiā offendis: quō regnuꝫ celoꝝ amittꝫ: ꝛ ꝙ graui piculo tue dānati-nis te exponis: forte diceres: agā pniaꝫ. ꝛ ego dico: forte etiā i ipo actu peccādi mo-rierꝫ. Est em̄ hora illa mortꝫ oīno incerta. Exēplū narrat Petrꝰ damianꝰ. Pricceps qdā salonitanus cū qdā die pspexisset de mōte de q̄ videbat flāmas erumpe: ptinꝰ ait. Proculdubio diues aliquis sceleratꝰ mortuꝰ ē ꝛ in ifernū descēsurꝰ. Est em̄ talꝭ ꝯsuetudo in ptibꝫ illꝭ vt iminēte morte di-uitis reprobi/mōs ille flāmas euomat pi ceas ꝛ sulphureas. Supueniēte igiꝭ ꝓxia nocte: dū idē pnceps cū meretrice ꝯcūbe-ret/expirauit. quē illa (vt postea referebat) diutiꝰ ptulit: ꝛ vix tādē nō hoiem sꝫ cada-uer a se ꝓiecit. Jō bn̄ dꝭ Sene. ad Lucil. Jgras q̄ loco mors te expecrat. Tu itaqꝫ illam in oī loco expecta. Qd nō pōt bn̄ fie ri nisi pctā abijcias.

t Ertiꝰ ar. Aud. ꝛc̄. Forte dicitꝫ: Etsi aliqñ peccamꝰ: tñ deū nō negamus. Audite qd hꝫ. xj. q. iij. Extiat. Sic q̄ties bonū opꝰ agimꝰ: deum ꝯfitemur: sic itaqꝫ ecōtra malū faciēdo eū negamꝰ. nā sic ipꝫ relinqmꝰ/diabolo adherētes. ideo nosmet ipsos inimicos dei facimꝰ. Nā vt dꝭ. ff. de inoffi. test. l. liberi. Qui cū inimicꝫ meis ē amicꝰ meꝰ nō est. An diceretꝫ eū regꝫ ami-cū q̄ regꝫ aduersario seruiēs regē impugtꝫ: Certe non. Expone ꝛ applica ꝛc̄. Jdeo de pctōribꝫ ꝯqueriꝭ dn̄s per os Ber. Quid cause est ꝙ inimico meo vestroqꝫ potiꝰ vul tis seruire ꝙ mihi.

Dn̄ica. iiij. post pascha Sermo. ij.

c Um venerit ꝛc̄. Voluntarie genuit nos ꝟbo ꝟitatꝫ vt simꝰ initiū aliqd crea-ture eiꝰ. Jac. j. Jsta generatio spūalꝭ fit ꝑ spm̄sctm̄. Jn illꝭat ꝟbis tria notare demꝰ

Prio in deo paternalē pietatē. q̄a genu

Scdo liberalē benignita- (it nos.

tem. quia voluntarie.

Tertio spūalē in nobꝫ vtilitatē. vt simꝰ initiū aliqd creature eiꝰ. Gra em̄ spūsctī initiū ē glie q̄ est pfectio rōnalis creature. De pmo Esa. lxiiij. Tu pꝛ nr̄ es ꝛ nos lutū. De scdo. j. Thes. iiij. Hec ē volun tas dī sctificatio vr̄a De tertio. j. Jo. iij Nūc filij dei sumꝰ: sed nōdum appuit qd erimꝰ: scimꝰ em̄ ꝛc̄. Cū venerit ꝛc̄.

p Rimꝰ arꝭ. An pctm̄ de q̄ arguit spūs scūs sit ꝑ se corruptio boni Vide sab bato añ dn̄icā. iiij. aduētꝰ in pmo aduētua li. sed qd ibi de chīo: h̄ expone de spūsctō.

s Ecūdꝰ ar. Jn pceo. ꝛc̄. Hic quō spūs sctūs arguēs de pctō: signis oñdit il lud eē dī iniuriatiuū. ꝛ h̄ maxie triplici sigꝫ

Primū est dn̄icalis passio.

Secundū finalis ꝓsecutio.

Tertiū tpalis ꝓuocatio.

Primū ꝛc̄. qꝛ vicꝫ tāacerbā mortē sustinu it ꝑ pctō destruēdo. Esa. liij. Jpe vulnera tus ē ꝓpꝭ iniq̄tates nr̄as: attritꝰ ē ꝓpꝭ sce-lera nr̄a: disciplina pacis nr̄e sup eū. Hoc certe euidētissimū ē signū ꝙ deꝰ odit pctm̄ ꝙ ꝓpriū filiuꝫ suū tādure morti exposuit ꝑ pcti punitiōe. Secundū signū est finalꝭ ꝓsecutio. qꝛ finaliter ꝛ sine fine deꝰ ꝓsequiꝭ pctm̄/irā terribilē i reprobis oñdēs. Un ꝓpter pctm̄ angelos de celo deiecit in ifer-nū: nunqꝫ inde liberādos. Esa. xiiij. Quō cecidisti lucifer q̄ mane oriebarꝫ ꝛc̄. Sic ꝛ hoies ipsos in infernū deijcit i ꝑpetuū cru-ciādos: dī. eis illō Mat. xxv. Jte maledi-cti i ignē eternū. O ꝙ detestādū est pctm̄ Totꝰ suauis ē deꝰ cuiꝰ etiā ꝓpriū ē miseri: et tñ sic indignaꝭ ꝓpter pctm̄. Et reuera si nullū esset pctm̄: nulla eēt dānatio. Ter tiū signū est tpalis ꝓuocatio. qꝛ. s. ꝓpꝭ pec catū freqñꝭ ꝓuocaꝭ ira dei tpalꝭr i hac vita Thre. iij. Nos iniq̄ egimꝰ ꝛ ad iracūdiaꝫ te ꝓuocauimꝰ. Exēpla hēmꝰ ꝑlima. Pri-mū: ꝓpꝭ pctm̄ carnalis imūdicie adductū ē diluuiū Gen. vj. ꝛ. vij. Jtē subuersio so-dome ꝛc̄. Gen. xix. Jtē ꝑcussit dn̄s her et onā filios iude Gen. xxxviij. Jtē suffoca-ti sꝭ a dēone septē viri Tob. vj. Scdo ꝓpꝭ pctm̄ oppssiōis ꝛ imisericordie. patꝫ i pmo-genitꝫ egyptioꝝ vna nocte occiꝭ Gen. xij. Et in sumersiōe egyptioꝝ Exo. xiiij. Ter tio ꝓuocaꝭ ira dei ꝓpꝭ pctm̄ infidelitatꝫ et idolatrie. patꝫ Exo. xxxij. Ceciderūt vno die vigintitria milia. Quarto ꝓpter pctm̄ murmurꝫ ꝛ ipatientie Nūe. xj. Jgnis de-uorauit extremā ptē castroꝝ. Jtē Nume. xvj. Percussi sūt q̄ttuordecimilia hoim et septingēti. Quinto ꝓpꝭ pctm̄ effrenate cō-

cupiscētie Nūe.xj. Mortui sꝫ oēs q̄ petie-
rāt carnes. Illi sꝫ figura eoꝝ q̄b⁊ i fastidi-
um veniūt spūalia. Sexto ꝓpt̄ pctm̄ rebel-
lionis ⁊ inobediētie. Leuit.x. de nadab et
abiu filijs aaron q̄ ignē alienū vicꝫ ꝓhibi-
tū offerebāt ⁊ deuorati sꝫ ab igne. Hiero.
Ignē alienū accēdit q̄ tꝑalis cupiditatis
aut corporee voluptatꝫ ignem in sacrificio
nutriēs audet altarib⁊ dn̄i ꝓpinq̄re: q̄ nō re
cipiūt accēsionem nisi illiꝰ ignis quē venit
dn̄s mittere i terrā ⁊ voluit vehemēter ac-
cēdi: vt hꝫ Lu.xij. Itē Nūe.xvj. de chore
dathan ⁊ abiron et suis cōplicib⁊ rebellan
tib⁊ ꝯ moysen. Septīo ꝓpter pctm̄ irreue-
rētie.s.circa diuia. patet d̄ oza.ij. Reg.vj:
vbi tradūt hebrei ꝙ nocte p̄cedēti dormie
rat cū vxore sua. Patꝫ etiā.j. Re.vj. Per-
cussit dn̄s de bethsamitib⁊: eoꝙ vidissent
arcā dn̄i: ⁊ ꝑcussit de ꝓplo.lxx. viros.l. mi-
lia plebis: q̄ꝛ curiose ⁊ ꝯ diuinā ꝓhibitiōeꝫ
(q̄ hꝫ Nūe.iiij.) ispexerūt eā. Octauo ꝓpt̄
pctm̄ supbie. patꝫ.ij. Reg.xxiiij. de pestilē
tia iflicta dauid ꝓpt̄ suā supbiā: et mortui
sunt a dan vsꝙ bersabee septuagitamilia
viroꝝ. Nono ꝓpter pctm̄ blasphemie.iiij.
Re.xix. ⁊.ij. Paral.xxxij. Angelꝰ ꝑcussit
cētūoctogintaq̄nꝙ milia. Decio ꝓpt̄ pec-
catū trāsgressiōis ꝓmissiōis ꝓp̄rie. Act.v.
de anania ⁊ saphira repētina morte ꝑem-
ptis. Vide p̄tactas historias in locꝫ suis.
Ex illꝭ exēplis satꝫ patꝫ quō freq̄nt̄ ꝓpter
pctā tꝑalr̄ ꝓuocat̄ ira dei. Iō dꝛ ꝓuerb.x.
Anni impioꝝ breuiabunt̄.

t Ertiꝰ arti. Aud.⁊c̄. Notate qd̄ iura
dicūt. Pena vniꝰ timor dꝫ eē alteriꝰ
ff. de pe.l. capitaliū.§. Famosus. Et.ij.q.
vij. Quapropt̄. Audite: Si rex iā bis vel
ter trāsiēs ꝓ reformatiōe facienda/ capite
punierit oēs in suis officijs delinq̄ntes. et
pꝰ paucos dies ꝓ eadē cā est iteꝝ trāsiturꝰ
Nōne mlt̄ū timere deberēt q̄ sūt in culpa
silēs illis q̄s p̄us puniuit: Certe sic. Ex-
pone ⁊ applica notādo ꝙ ꝓpterea dicebat
Ps̄. A iudicijs tuis timui.

Sermo tertius

Um venerit

c ⁊c̄. Scitis frēs mei dilectissimi:
Sit āt ois hō velox ad audien-
dū: tardus ad loq̄ndū: ⁊ tardꝰ ad irā. Ira
ei viri iusticiā dei n̄ oꝑat̄. Iac.j. Hoc ob-
seruāt q̄s spūssctūs regit. Ibi āt b. iacob⁊
(facit tria.
Pmo excitat audietiū at-
tentionem: cū d̄t. Scitis.i. scire debetꝫ.
Scd̄o ponit reformatōeꝫ: cū d̄t. sit aūt
Tertio subiūgit informatio- (ois ⁊c̄.
nis rōnem: cū d̄t. ira em̄ viri ⁊c̄.
Propter p̄mū dicebat sapiēs ꝓuer.iiij.
Audite filij disciplinā p̄ris. Propt̄ scd̄m
Prouer.x. In mltiloq̄o n̄ deerit peccatū.
Propter tertiū Greg. Per irā sapientia
amittit̄. Salutatio. Cū vene. ⁊c̄.

p Rimꝰ articulus. An auersio sit ma-
gis de rōne pcti q̄ꝫ ꝯuersio. Vide in
p̄mo aduētuali dn̄ica.iiij. sermone p̄mo.

t Ecūdus art. In p̄ced. ⁊c̄. Hic dicen
dū quō veniēs.ss. arguit de pctō: ostē
dens ꝑ rōnes illud esse dei iniuriatiuum.
Et hoc p̄cipue triplici rōne.
Prima dꝛ rō iterate crucifixionis.
Scd̄a ratio ꝯtrarie trāsgressiōis
Tertia rō ingratissime derelictōis.
Pria dꝛ rō it̄ate crucifixiōis. q̄ꝛ vicꝫ q̄ pec
cat mortalr̄ it̄at cāꝫ crucifixiōis chr̄i: ⁊ q̄n
tū est i seipo iteꝝ eum crucifigit. Heb.vj.
Rursū crucifi. fi. di i semetip̄: ⁊ ostētui.i.
derisiōi hn̄tes. Nota h̄ quō pctōres sꝫ ini
mici crucꝫ xp̄i. Vid̄ s. fer.iij. maiorꝫ hebd̄
Scd̄a ē rō ꝯr̄ie trāsgressiōis. q̄ꝛ.s.ꝑ pctm̄
trāsgrediūt̄ hoies p̄cepta di facietes ꝯ le-
gē ⁊ honorē dei. Vn̄ d̄t Aug. qd̄ allegat
mgr̄ i.ij. di.xxvj. Pctm̄ ē dictū vl̄ factū vl̄
ꝯcupitū ꝯ legē dei. Si ḡ displicet p̄ri ꝙ fi
liꝰ suꝰ p̄cepta eꝰ recuset: si cuiꝙ hoi mortlī
i aliq̄ supioritate ꝯstituto graue est sua p̄ce
pta a suis subditꝫ ꝯtēni: q̄nto magꝫ abo-
minabile ē excelso celoꝝ regi ꝙ v̄miculi tre
scꝫ hoies eiꝰ p̄cepta trāsgrediūt̄. O q̄ꝫ pau
ci sunt mādatoꝝ di obs̄uatores: ⁊ q̄ꝫ plimi
trāsgressores. Ps̄. Oēs declinauerūt siꝉ i-
utiles facti sꝫ ⁊c̄. Tertia ē rō ingr̄tissime
derelictōis. Quotiēscūꝙ em̄ q̄s mortalit̄
peccat derelinq̄t ip̄m deū sūmū bonū q̄ so-
lo aia repleri pōt/ ꝓ bono vili ⁊ momēta-
neo. Augꝰ. li. de libero arb. Pctm̄ est spre
to bono icōmutabili/ bonis cōmutabilib⁊
adherere. Sicut em̄ ait Hiero in ep̄la ad
Damasum papā. Sciendū: nō locoꝝ spa
cijs: sed affectib⁊ nos esse cum deo: aut ab
eo recedere. O anima q̄d facis cū peccas:

a q̊ recedis: a deo creatore tuo pijssimo patre tuo ꝛ redemptore. Imo a salute ꝛ vita tua: ꝛ ad fetorē pcti curris / ad diabolū inimicū tuū accedis / et inferno appropinq̄s. Deu. xxxij. Deum q̇ te genuit dereliq̇sti: ꝛ oblitꝰ es dn̄i creatoris tui. Ido bn̄ dicit Ecci. xlj. Ve vobis impijs q̇ dereliq̇stis legē altissimi ꝛc̄. Et Esa. j. Ve genti peccatrici ꝑplo graui iniq̇tate semini nequā filijs sceleratis dereliq̄runt deū: blasphemauerunt scm̄ israel. abalienati sunt retrorsū. sup quo ꝑcutiam vos vltra addentes preuaricationē. Exemplū li. Iudi. pluribꝰ ca. cū filij isrl' addebant nouas ꝑuaricationes: eis etiā imittebat dn̄s nouas tribulationes. Ptz etiā Exo. pluribꝫ locis ꝛ capitulis ꝺ pharaone cū indurabat cor suū dominꝰ ei infligebat plagā nouā. hoc etiam practicare potes ꝑ tpe currenti. Cauete g̊ ne relinq̄tis dn̄m ne etiā ipe derelinq̄t vos. Dicite g̊ in cordibꝫ vr̄is illð iosue. xxiiij. Absit a nobis vt relinq̄mus dn̄m ꝛ seruiamus dijs alienis. Etsi forte iā dereliq̄ritis eū flete di. illud Dan̄. iij. Peccauimꝰ iniq̄ egimꝰ recedentes a te.

t Ertiꝰ ar. Audð. ꝛc̄. Cauete g̊ a pctis q̄ sūt ꝯria legibꝫ diuis. Sic̄ em̄ iura dicunt Leges ab oibꝫ sunt seruande. s. subditis. C. de le. Leges. et extra de ꝯsti. c. Canonū statuta ab oibꝫ custodiant. Audð. si rex aliq̇d mandauerit sub pena capitꝭ oēs timerent trāsgredi mandatū q̄nto magis timendū est trāsgredi mandata sūmi regꝭ q̇ dicit Leui. xix. Ego dominꝰ leges meas custodite.

Sermo. iiij

Cum venerit

c ꝛc̄. Abijciētes oēm imūdiciā ꝛ abundantiā malicie. i mansuetudie suscipite insitū ꝟbū qð pt saluare animas v. Ia. j. Sic faciūt q̇s regit spūsctūs In illis aūt ꝟbis beatꝰ Iaco. ponit tria.

Prio suscipiēs ꝯditionē: cū ðt In mā.

Scðo suscepti ꝟbi executionē: cū dicit. Abijciētes oēm ꝛc̄.

Tertio executiōis ꝯclusionē: cū dic̄. qð pōt saluare aīas vr̄as.

potes teipm̄ cohibeas ꝛ de⁹ ignoscit eo ꝙ
nō ex negligentia: sed infirmitate nō po-
tes vt oportet assistere corā deo Licȝ aūt
actual' attētio nō sit oratōi necessaria ad
merendū ꝛ impetrandū: tn̄ si affuerit: mul
tū valet. p̄s. Delectare in dn̄o. scȝ atten-
dendo ad finē oratōis qui de⁹ est ꝛ ad rez
ꝓ qua oratur ꝛ dabit tibi petitōes cordis
tui. Scdm̄ notabile ꝑtinet ad oratiōis
efficaciā: videlȝ ꝙ oratōis triplex est effe
ctus vel efficacia. Prima efficacia est
meritoria ꝛ iste est effect⁹ cōis oib⁹ bonis
actib⁹ charitate iformatꝫ ꝛ ad hūc nō req
rit attētio ꝑ totū: sȝ vis ꝓme intētiōis red
dit totā orationē meritoriā: vt dictū est.

Scda est efficacia impetratoria q̄ pro
pria ē orōni ꝛ adhāc etiā sufficit ꝓma intē
tio quā de⁹ ꝓncipalit itēdit. Alia est effi-
cacia spūal'r refectoria in q̄ntū: scȝ orans
delectat spūal'r in dn̄o: ꝛ ad hāc necessa-
ria ē attētio. j. Coꝝ. xiiij. Si orē lingua:
scȝ tantū: mēs mea sine fructu ē. Si tn̄ ali-
q̄s bona intētiōe orās ꝯ gustu nō gaude-

ret nō ꝓpterea oratione͂ q̄si infructuosā ꝛ re
linq̄re dꝫ: q̄m rari sᵗ q̄ orādo mēte͂ possint
sp̄ h̄re attentā. Tertiū notabile respicit
attētiōis intelligentiā: vicꝫ ꝙ triplex attē
tio pōt orōni vocali adhiberi. Una ad ver
ba ne in eis erret. Alia ad sensum ꝟborū
Alia ad finē orōnis.s. ad deū ꝛ ad rē p̄ q̄
orat: et hec ē maxie necessaria quā h̄re p̄nt
etiā idiote. Si aūt aliq̄s ad orationē acce
dit ea intētiōe vt honoret deū secꝫ illi sub
ijciat ꝛ ꝯmēdet. si dolēs: mētis euagatio
nē patit: nō p̄dit orōnis fructū. Notandū
tn̄ ꝙ feruor desiderij ꝛ affectiōis multuꝫ
facit ad p̄seuerantiā actualis attentiōis

Exemplum in vi. pa. Dicit q̄dam se
nex. Sic musce nō audent residere sup ol
lam feruidā ꝛ bullientē: sic nec demones
vanas cogitatōes ingerentes sup mētē in
orone feruentē donec tepescat. Un̄ Ber.
Periculū ē si sit oratio tepida. Nā in ascē
su languescit ꝛ deficit.

T Erti⁹ art. Aud. Considerate itaq
cui in orando ꝟbū dirigitꝫ ꝛ q̄nta sit
necessitas petitiōis. Iura dicunt. Quali
tas negocij ꝯsiderāda est. De appel. Cū
sit romana. Et de iureiur. c. vlt. in fine. Et
ff. de iudicijs. Nōnūq̄. Et. C. Un̄ vi. l.
Si q̄n Pone casum. Mulier aliq̄ verecū
da multū ꝛ simplex vnicū hꝫ filiū valde
dilectū q̄ ꝓpt offensam aliquā capt⁹ est a
rege vt morte puniat: nōne illa licꝫ vere
cūda solutꝫ crinib ꝛ nudato pectore voci
ferādo clamaret ꝛ ad rogādū regē curre
ret p filij liberatōe. Amor eīn filij ad hoc
eā cōpelleret. Sic etiā bn̄ sciret ꝛ vellet
orare q̄ aīe sue p̄icula ꝟaciter cognosceret
Nā vt dr̄ Matth. xvj. Quid p̄dest homi
ni si vniuersū mūdū lucret ꝛc.

Sermo non⁹.

P Etite et da.

ꝛc. Ecce nūc palā loq̄rꝫ ꝛ p̄
uerbiū nullū dicꝫ. Nūc scim⁹
q scis oīa ꝛ nō ē op⁹ tibi vt q̄s te interro
get. In h̄ credim⁹ q a deo existi. Io. xvj
Ibi tria tāgūt q̄ꝝ ꝯsideratio inducere dꝫ
ad fiducialit petedū. Primū ē discipuloꝝ
manifesta informatio. cū dicūt. Ecce nūc
palā loq̄ris ꝛ puer. nul. dicꝫ. Scōm infor
matiōis ꝯfirmatio. cū dicūt. Nūc scim⁹
q scis oīa ꝛc. Tertiū ē ꝯfirmatōis ꝯclu
sio. cū dicūt. In h̄. i. iō credim⁹ q a deo
existi. De his Chryso. Q discipulos hoc
maxie respicere fec ꝙ erāt p̄ris amici: pro
pterea dicūt se cognoscere ꝙ oia nosti. Et
q̄m ad id qd̄ in eoꝝ mēte erat: rn̄dit. sub
dūt. Nūc scim⁹ q scis oia ꝛ nō est op⁹ vt
q̄s te introget. h̄ ē: Anq̄ audias nosti ea
q̄ scādalizāt nos ꝛ quiescere nos fecisti di
cēs. Q ipe p̄r amat vos. Iuxta illō Io.
xiiij. Si q̄s diligit me ꝟmones meos ser
uabit ꝛ pater meus diliget eū.

Petite ꝛc.

P Rim⁹ ar. An p inimicꝫ sit orādū: Q
n̄ Hoies licite. ipugnāt iimicos: alio
q̄n oia bella eēnt illicita. Cōtra. Matt. v
Orate p p̄seq̄ntib ꝛ calūniātib vos. Rn̄
Thomas. ij. ij. q. lxxxiij. Orare p alio cha
ritatꝫ ē. Ex charitate aūt tenemur inimi
cos diligere q̄ ad naturā nō q̄ ad culpam
Et in gn̄ali eos diligere est in p̄cepto. In
speciali aūt nō nisi ꝟm p̄parationē animi.
In illo tn̄ casu p̄fectiōis ē eos iuuare. Ne
cessitatꝫ ē ḡ vt a cōib nr̄is orōnib q̄s pro
alijs facim⁹ inimicos nō excludam⁹: ꝙ
aūt speālr p eis orem⁹: p̄fectiōis ē nō ne
cessitatꝫ nisi in aliq̄ casu speciali. Cū autē
dr̄ ꝙ licitū ē inimicos impugnare: verū ē
vt cōpescant a pctīs qd̄ cedit in bonū eo
rū ꝛ alioꝝ. Et sic etiā licꝫ orādo petere ali
q̄ tpalia mala inimicoꝝ vt corrigāt. Hec
Thom. Pro fūd. Nullos debem⁹ h̄re
inimicos cū dicat Boeci⁹ libro de ꝯsola
tiōe Omne hoim gen⁹ in terris simili sur
git ab ortu. Et tulli⁹ dicit libro de amici
cia. Oib reb hūanis anteponēda ē ami
cicia. Sꝫ dato ꝙ inimicos habeam⁹. An
p eis sit orādū. Dic rn̄. vt. s. P⁹ respōsio
nē aūt dicas ꝙ impcatiōes q̄ in sacra po
nūt scriptura p̄nt q̄druplicit itelligi. Uno
mō secūdū ꝙ ꝓphete solēt in figura ipreca
tis futura predicere. vt Aug⁹. dt libro de
ser. dn̄i i mōte. Scōo mō put q̄dā tpalia
mala pctōrib⁹ quādoq̄ a dō i correctionē
mittunt. Tertio mō: q intelligūt petere
nō ꝯ ipos hoies: sꝫ ꝯtra regnū pcti: vt scꝫ
correctiōe hoim peccata destruāt. Quar
to ꝯformādo volūtatē suā diuine iusticie
circa dānationē p̄seuerātiū in pctō. vn̄ le
tantur iusti de vindicta maloꝝ: nō ꝓpter

illam vindictā: sed ꝓpter diuinā iusticiā. Audite o peccatores adulteri periuri ⁊c. Nisi penitentiā egeritis oēs tandē electi gaudebūt de dānatiōe vestra. Et tūc iā nō erit tps vt pro vobis orent. Nā vt di. Grego. Misc̄die tps mō est. s; iusticie tēpus post erit. Ut ergo nūc misc̄diam inueniam⁹ cū tps misc̄die durat ⁊ nos misericordes sim⁹ orando pro alijs ne dum pro amicis sed ⁊ pro inimicis: quoniā ⁊ in hoc maximū consistit meritū. Figura. Genes.ij. Terrā euilath: phison fluuius de paradiso egrediens irrigat ⁊ producit aurū optimū. Spiritualit̄ euilath interp̄tat̄ dolens ⁊ significat animā de malo inimicoꝝ dolentē in qua nascit̄ optima charitas: s; hoc procedit de dono diuine gratie illam irrigante: quia omne datū optimū ⁊ oē donū ꝑfectū desursū ē ⁊c. Jaco.j.

S Ecūdus articul⁹. Jn p̄cedenti. ⁊c. Hic de tertia q̄ est suauitas degustationis siue iubilationis q̄ requirit actualē attentionē: vt dictū est in p̄cedenti sermone. De hac super illud ps̄. Ascendit deus in iubilo. Dicit glosa. Jubilus est exultatio mentis habita de eternis in vocem ꝓrumpens: sc; vel querulose ꝯquestiōis vl̄ admiratiōis: vel gratiarūactiōis ⁊ huiusmodi que nec corde potest retineri vl̄ ore exprimi. Sic iubilabat qui dicebat. Sap. xij. O q̄ bonus ⁊ q̄ suauis est dn̄e spiritus tu⁹ in nobis. Bernard⁹. Procedamus et excedamus ꝑ inusitatas quasdā affectiones ⁊ sp̄uales leticias in iubileis amenitatib; in lumīe dei: in suauitate: in sp̄ūsc̄tō: vt alauda que gradatum ascēdit laudando: ⁊ conceptū gaudiū nō interrumpendo ⁊ cōtinuando laudē: cadendo et deficiendo de iubilatōe. Notabile ē exēplū de btā maria de ognies q̄ maxime an̄ mortē suam fuit in multiplici iubilatione Ex vehemēti em̄ amoris inflāmatione ⁊ mētis illūinatiōe: ⁊ secretoꝝ aptione Nā quidam seraphin apparuit ei expandens alas suas sup̄ pectus suum: cepit voce cātare: all'a: ⁊ iubilare ⁊ gaudere ⁊ grās agere: mira dicere de deo ⁊ sc̄tis ⁊ futuris ⁊ eternis rithmice ꝑ tres dies ꝯtinue cantando acsi ea an̄ se scripta videret. Et inter cetera beatissimā virginē iam in corpore glorificatā cōstantissime asserebat. Nec illos q̄ cū dn̄o surrexerūt postea fuisse incineratos: s; cū dn̄o ascēdisse. Jnter alios ēt d̄ btō stephāo quē vocabat rosariū paradisi cātādo dixit q̄ ad meritū passionis eius ⁊ orationis dn̄s dedit ecclesie pauli cōuersionē vt eo decedente cū multo affectu p̄dicatiōis s; nō cū multo effectu succederet ei vicarius q̄ ꝓ eo cū multiplici effectu p̄dicationis ꝯtransiret. Circa predicta posset q̄s dubitare. An ꝯuenienti⁹ sit orare vocaliter q̄ corde tm̄: cum dicat Greg. Ueraciter orare est amaros in cōpunctiōe gemitus nō cōposita verba resonare. Et Jsid. li. de sū. bo. Orō cordis est nō labioꝝ. Nō em̄ verba dep̄cantis deus attendit sed orātis cor inspicit. Dicēdū f̄m alexād. de ales in. iij. volumine sūme. Et richardū. in. iiij. distin. xv. Et tho. ij. ij. q̄ orō est duplex sc; cōmunis h; fieri ꝑ ministros ecce i ꝑsona toti⁹ populi. Et hec orō d; innotescere populo vt excitetur ad deuotionē. Jō debet voce exp̄mi. Alia est priuata ⁊ singularis que offertur ab homine vt est singularis persona: siue pro se: siue ꝓ alio. Et q̄uis non sit necessariū talem orationē esse vocalē; tn̄ ei vox adiungitur triplici ratiōe.

Primo ratōe deuotōis excitāde.
Scd̄o ratōe veneratiōis exhibēde.
Tertio ratōe affectiōis explicāde.

Primo igit̄ ⁊c. Ex q̄dā em̄ naturali vniōne aīe ad corp⁹ mot⁹ corporis diuersimode affectiōes aīe excitant ⁊ affectiōes aīe (maxime si sint fortes) imutatiōes faciunt in corpore. Jō q̄nq; ꝑ sonū vocū: ꝑ genuflexiones: ꝓstratiōes: ⁊ pectoris tūsiōes: ⁊ similia excitatur interior affect⁹. Si aūt mēs ꝑ hm̄ōi qualitcūq; distrahat̄ vel impediat̄ a talib⁹ cessandū est. Scd̄o ratiōe veneratiōis exhibende ⁊ q̄si ad debiti redditionē: vt sc; hō deo seruiat f̄m totū illud qđ ex deo h;. Dicit em̄ Jo. dam. in. iij. li. Qr ex duplici natura compositi sum⁹: intellectuali sc; ⁊ sensuali: duplicē honorē debem⁹ deo offerre: sc; sp̄ualem ⁊ corporalē. Tertio rōe affectionis explicāde. Nam ex abūdantia cordis os loquit̄: vt dr̄ Matt. xij. Qn̄q; em̄ ita feruet aīa interi⁹ in amore dei aut hūiliatur in eius timore: aut obligatur in b̄n̄ficioꝝ ei⁹ recordatiōe q̄ q̄si vim patiēs in ꝟba pro-

rũpere cogit᷑. Exẽplũ de btõ frãcisco quẽ
sel᷑ audiuit fr̃ leo sociꝰ eiꝰ ꝛ ꝯfessoꝛ ꝑ lõgũ
spaciũ ĩ oratõe eleuatũ a t̃ra clamãtẽ ꝛ dicẽ-
tẽ. Quis es tu: ꝛ q̇s sum ego? Et dũ hec
verba sepius replicaret: suspirabat luge-
bat ꝛ totꝰ videbat᷑ liq̃factus amore. Ut
aũt postea fratri leoni interroganti retu-
lit: iõ illa verba sic ꝑtulit qm̃ in suo corde
tam ꝑfũda ꝟsabat᷑ paruitatꝫ sue cognitio
ꝛ diuine magnitudinis ꝯtemplatio a qua
tã copiosa bñficia susceperat ꝛ sperabat ꝙ
cũ admiratione cõpellebat᷑ sic dicere lau-
dando deũ. Quis es tu deꝰ meꝰ q̇ teip̃m
etiã dare mihi ꝑmittis q̇ nullo indiges ꝛ
a q̊ est omne bonũ? Et q̇s sum ego q̇ nihil
boni habeo nec habere possum nisi tu de-
deris? Et multa alia bulliebant in corde
eiꝰ. Similit᷑ dñs bernardꝰ miles ꝛ doctor
de assisio q̇ p̄mus fuit quẽ sanctꝰ franci-
scus traxit ad chr̄m. Cũ anteq̃ munduz
reliquisset: inuitasset quodã sero in domo
sua pauperẽ frãciscũ cũ in p̄ma vigilia no-
ctis obseruaret eũ quid faciebat: audiuit
eũ in oratiõe positũ cũ suspirijs ꝛ lachry-
mis sepius replicantẽ. Deꝰ meꝰ ꝛ oĩa. In
quibꝫ ꝟbis vt postea declarauit dño ber-
nardo ꝑfũdissime ꝯtẽplabatur excellen-
tiã diuine maiestatis ꝛ infinitã bonitatẽ
sũn. i. dei. Eccĩ. xxxvij. ſm ligna silue exar-
descet ignis. Ligna sũt diuerse medita-
ones ex q̇bus surgunt diuerse affectiões
feruentes.

T Ertius articulꝰ. Aud̊. ꝛc̃. Cauete ne
ꝑ negligentiã vestrã fructu illo p̄ue-
mini imo irã dei etiã magis q̃ miscdiam
in vestris orationibꝰ inueniatis. Dicit lex
Dissoluta negligentia prope dolũ est. ff.
mãdati. l. Si fideiussor. Et hiero. dicit d̊
ꝯse. dis. v. Nõ mediocriter. Nũq̇d ꝟborũ
flecti multitudine deꝰ vt hõ põt. Nõ em̃
ꝟbis tm̃ sed corde orãdus ẽ deꝰ. Quap-
pter melior ẽ q̇nq̃ psalmoꝝ cãtatio cum
cordis puritate ꝛ spũali hilaritate: q̃ psal-
terij modulatio cũ anxietate cordis ꝛ tri-
sticia. Audite. Si quis miscdia regis in-
digeret ꝛ ad curiã accedẽs gr̃a supplica-
tiõis supplicãdo regi ꝑ miscdia dorsum
regi verteret vt interim cũ alijs fabulare-
tur an talis modꝰ supplicãdi gratꝰ esset
regi? Certe nõ. Expone ꝛ applica notãdo
illud Bern̄. Debet ꝑficiens in oratiõe q̃n-
ta puritate cordis põt intendere in eũ cui
offert oratiõis sacrificiũ ꝛ in oratione of-
ferre ei seipsum.

Pro Letanijs. Sermo primus.

P Etite et da.

ꝛc̃. Lu. xj. Pater vester cele-
stis dabit spũm bonũ peten-
tibꝰ se. Ibidẽ. Tria ibi notantur in deo
ꝯsiderãda q̄ inducere debent ad fiducia-
liter petendum.

Primũ ẽ benignitas amorosa. cũ dicit.
Pater vester celestis.

Scdm̃ liberalitas copiosa. cũ dicit. da-
bit spũm bonũ.

Tertiũ equitas gratiosa. cũ dicit. petẽ-
tibꝰ se. Equũ em̃ est vt nõ nisi petentibꝰ
det. Magna vero gratia est dare petenti-
bus. De primo Rhom̃. viij. Accepistꝫ spi-
ritũ adoptionis filioꝝ in q̊ clamamus ab-
ba pater. De scdo. Augꝰ. Plus vult illẽ
dare q̃ nos accipere. De tertio. Beda.
Ad hoc peti se vult vt capaces donorum
eius fiant qui petunt.

Petite. ꝛc̃.

P Rimus articulꝰ. An a deo sit aliq̇d
petendũ orãdo. Q, nõ: q2 diuina dis-
positio est ĩmutabilis: ergo siue oremus
siue nõ. idẽ eueniet. Cõtra. Lu. xviij. O-
portet semꝑ orare ꝛ nõ deficere. Rñsio
ſm Tho. ij. ij. q. lxxxiij. Non oramꝰ vt d̊o
nr̃as indigentias manifestemꝰ: neq̃ vt di-
uinã dispositionẽ ĩmutemꝰ: sꝫ vt nr̃is p̄ci-
cibꝫ obtineamꝰ qd̊ deꝰ disposuit sic nobis
dare: vt Greg. di. in p̄io lib. dial᷑. Hec ex
Tho. Pro fũd̊. Si ꝟa eẽt opinio aliq̊-
rũ phoꝝ ponẽtiũ oĩa ĩ rebꝫ hũanis ex ne-
cessitate ꝯtigere: tũc frustra fieret orõ ad
deũ. Sꝫ ipẽ ẽt aristoteles hãc positionez
ĩpbat in fine p̄mi peri her. vbi determi-
nat nõ oĩa euenire ex necessitate: sꝫ multa
ꝯtingẽter. Sicut tñ dicit Gal᷑. in alex. Ne-
mo temeraria credat fortuitoq̃ geri mũ-
dana negocia casu Oĩa lege meãt quã re-
rũ ꝯditor ille sanxit ab et̃no. Iõ q̃rit᷑. An
orãdus sit deꝰ. Dic rñ. vt̃s. Post rñsio-
nẽ dicas. ꝙ vob sufficere dꝫ qm̃ sic deꝰ or-
dinauit: cuiꝰ ordinatio ẽ ĩfallibilis vt peta-
tis: ꝛ si bene petitis dabitur vobis. Notã-
ter dicitur bene: quia Iaco. iiij. dicit᷑. Pe-
titꝫ: ꝛ non accipitꝫ: eo ꝙ male petatꝫ. Au-

dite q̄ ꝓuoꝝ desiderioꝝ petitꝫ ꝯplemētuꝫ q̄ potius sanitatē corꝑis ⁊ bona tꝑalia ꝙ̄ salutē anīe petitis q̄ etiā mīscḋiam ⁊ veniā pctōꝝ petitis: nec tñ pnīam agitꝫ: nec pctā relinq̄tis. O miseri pctōres incorrigigibiles auari: lubrici: ⁊c̄. Dorso cōtra deū verso petitꝫ: iō nō ei⁹ grāꝫ: sꝫ irā incurritꝫ

Figura Ezech. viij. De his q̊s ezechiel vidit dorso verso ꝯtra altare ⁊c̄. Et seq̄t. Propterea nō parcet ocul⁹ me⁹: ⁊ nō miserebor. Expone ⁊ applica ad eos q̄ plus ad ꝓpriaꝫ volūtatē ꝙ̄ ad dei respiciūt voluntatē: notādo etiā illud Ecc̄i. v. In peccatores respicit ira illius.

s Ecūdus art. Nūc dicturi de letanijs

Primo notare debem⁹ ꝙ letania dr̄ rogatio siue supplicatio. Dicit̄ aūt rogatō ꝓprie species orōnis q̄ fit ꝑ diuini flagelli amotōe: ⁊ solꝫ fieri cū ꝑplī ꝯuocatōe: ieiūio exhortatōe ⁊ p̄dicatōe: sic̄ fec̄ Iosaphat vidēs se oꝑprimi. ij. Paral̄. xx. Iosaphat ꝑterrit⁹ totū se ꝯtulit ad rogādū deū. Fieri aūt solet Letania p̄cipue bis in anno. s. in die scti Marci: ⁊ in trib⁊ dieb⁊ añ diē ascēsionis dñi. Prima dr̄ maior: quia a maiori .s. a papa Gregorio magno instituta. Secūda ꝟo minor: qr̄. s. a minori. s. a btō Mamerto epō viēnensi tꝑe Leonis impatoris q̄ cepit anno dñi. cccc. lviij. ante institutionē p̄me fuit ordinata. Itē p̄ma in maiori loco: qr̄ in vrbe Rhoma / et ꝑ maiori causa. s. ꝑ grauissimo morbo. Scḋa ꝟo in minori ⁊ ꝑ minori morbo. Licꝫ aūt p̄ma fuerit instituta a ꝑticulari epō: tñ deinde statutū est ab eccl̄ia vt hec letania vniuersaliter obseruet̄. Causa aūt institutiōis h⁹ minoris fuit: qr̄ tūc apud Viennā freq̄ētes et maximi terremot⁹ fiebāt q̄ domos et eccl̄ias plurimas subuertebāt: nocturni sonitus ⁊ clamores sepi⁹ audiebantur. Itē ꝓpter pctā hoīm demones sepius lupos et alias feras intrabāt et ꝑ vias ac ciuitates publice discurrebāt ⁊ passim pueros ⁊ senes: viros ⁊ feminas deuorabāt. Idcirco p̄fatus eps̄ letanias istas instituit: ⁊ sic tribulatō cessauit. Causa aūt institutiōis maioris letanie fuit: Legim⁹ in historijs romanoꝝ attestāte Paulo montis cassini monacho lōgobardoꝝ historiographo: ꝙ tꝑe Pelagij pape immisit dñs triplicē pestilentiā romanis: Prima fuit diluuiū aquaꝝ q̄ tantū dicūt̄ creuisse vt suꝑ muros vrbis influerēt ⁊ plīmas domos euerterēt. cuiusmōi diluuiū a dieb⁊ noe ñ est auditū. Secūda ē quia ꝑ tyberim fluuium magna venit mltitudo serpentiū: q̊rum quidā dicunt̄ ciuitatē inuasisse: inter quos erat draco magn⁹ valde: Hi suis venenosis flatib⁊ et etiam quia fuerūt a fluctibus p̄focati ⁊ ad litus ꝓiecti: totū aereꝫ sua putredine infecerunt ⁊ corruperunt. Et inde pestis tertia orta est: quā iguinariam. i. apostema in inguine vocant: ita vt manifeste sagitte viderent̄ celitus venire Et hac peste statim duob⁊ vel trib⁊ dieb⁊ transactis homies moriebant̄. Tamseua em̄ erat pestis vt homies in via: in mensa in ludis: in colloquijs subito morerentur. ita ꝙ cū aliq̄s (vt dicit̄) sternutabat / in illa sternutatiōe ⁊ freq̄nter in oscitatōne spiritū exhalabat. Cōtra hanc pestē papa pelagius idixit ieiuniū ⁊ ꝓcessionē fieri. In qua ꝓcessione ip̄e papa ⁊ alij septuaginta expirauerūt. Postmodū btūs Gregorius q̄ pelagio successit ꝓcessionē iteꝝ instituit fieri cū letanijs ꝑ ciuitatis circūitū pascali tꝑe. et ordinauit imaginē btē marie (quā adhuc aiūt esse rome quā btūs Lucas formasse dicit̄ ⁊ eidē virgini ꝑ omīa simillima ꝑhibetur) ante ꝓcessionē reuerent̄ portari. Et ecce tota aeris infectio ⁊ turbulētia ante imaginē cedebat: ⁊ post imaginē mira aeris serenitas ⁊ puritas remanebat: Tūc in aere (vt fertur ⁊ habet̄ in legēda bti Grego.) iuxta imaginē audite sunt voces angeloꝝ canentiū: Regina celi letare alleluia: quia quē meruisti portare alleluia resurrexit sicut dixit alleluia. Tūc beatus Gregorius adiūxit: Ora ꝓ nobis deum alleluia. Statimq̄ꝫ beatus Gregori⁹ vidit suꝑ castrū Crescētij angelū domini qui gladiū cruentatū detergens in vaginam reponebat. Ex quo intellexit beatus Gregorius iram dei suꝑ populū quieuisse. Et ex hac causa instituit processiōes singulis annis fieri et ieiuniū obseruari.

Licet autē paschalib⁊ diebus ecclesia de resurrectōe dñi gaudeat: dieb⁊ tñ letāiaꝝ luctū: supplicatōes ⁊ ieiūia pascalib⁊ gaudiis iterpōit: vt sic̄ dr̄ Ecc̄i. xj. In die bonoꝝ

nō sis imemor maloꝝ: que quondā his diebus pctīs exigētibus dn̄s imisit vt di/ ctū est. Sūt aūt tres principales cause ꝑter quas deuote debem⁹ celebrare has letanias.

Prima propter mortalis pestilentie re pressionem.

Secunda propter temporalis indigen tie subleuationē.

Tertia ꝑꝑ spūalis grē impetrationē.

Prima igitur ⁊c̄. Nam propter istas cau sas ꝑmitus fuerūt institute: vt pꝫ ex dictꝭ De hac ergo causa i h̄ ser. dicem⁹ vbi ha/ bemus ꝯsiderare ꝙ mortalis pestilentie repssio ⁊ vite lōgiturnitas: pt bene ⁊ ma/ le peti. Pro cui⁹ declaratōe notandū ꝙ potest peti ꝑter tres causas.

Primo ꝑter mundane vanitatis fauo rem: hoc est periculosum.

Scd̄o ꝑter viciose prauitatis amorē. hoc est perniciosum.

Tertio ꝑter diuine seueritatꝭ timorē. hoc est virtuosum.

Primo ⁊c̄. videlꝫ cū aliq̄s desiderat diu viuere vt vite p̄sentis dulcedine ⁊ ꝯsola/ tiōe gaudeat qd̄ ex naturali inclinatiōe ꝑ uenit qua quis naturaliter diligit esse suū et mortē refugit: sed hoc est fallax ⁊ peri/ culosum. Aug. libro de miseria hui⁹ mun di. O vita p̄ns ꝙ̄ multos decipis q̄ duꝫ cognosceris nihil es: dū exaltaris fumus es: sapientib⁹ amara es insipiētib⁹ dulcis qui te querūt nō te cognoscūt: q̄ te cogno/ scūt ipi te fugiūt. Idē libro soliloqꝝ. Ui ta mea vita caduca: vita que q̄nto magis crescit tāto magis decrescit: q̄nto magis procedit tanto magis ad mortē accedit: vita fallax ⁊ vmbratica plena laq̄is mul/ tis. Stultissimi ergo sunt qui cupiunt vi uere ⁊ nō student bn̄ viuere. Mira fatui/ tas. Querūt quid vanū qd̄ inuenire non possunt: ⁊ qd̄ est necessariū negligunt qd̄ tamen faciliter inuenire possent. Sen̄. in ep̄la. Nemo ꝙ̄ bn̄ viuat: sꝫ ꝙ̄diu curat cū oib⁹ ꝯtingere possit bn̄ viuere: sꝫ diu null̄. Mirāda ꝑsus stulticia. Nō curāt hoīes se ponere in statu in q̄ mori vellet cū tamē nō habeāt vni⁹ hore certitudinē. ⁊ tamen hn̄t moriēdi certitudinē ineuitabilē. Aug Audacior ē q̄ cū vno pctō mortali dormit ꝙ̄ q̄ cū hostib⁹ septē de morte sua inuiceꝫ obligatis cōfligit. Heu heu nō aduertūt h̄ adulteri raptores ambiciosi. ⁊c̄. Se/ cūdo petūt aliq̄ diu viuere ꝑꝑ viciose pra uitatis amorē: vt scꝫ vicijs suis diuti⁹ de lectenꝭ. Hi sic dr̄ Greg. iiij. dialogoꝝ. vel/ lent sine fine viuere: vt possēt sine fine pec care. Tertio ꝑꝑ diuine seueritatis ter/ rorē: vt scꝫ prius penitentiā agant de pec catis suis ꝙ̄ ad dei iudiciū veniāt. Iuxta illud Ecc̄i. xviij. Ante iudiciū para iusti/ ciā. Et hoc est laudabile ⁊ virtuosum. Sꝫ cū de futuro sis incert⁹: si cupis peniten/ tiā agere: non differas q̄m sicut dr̄ Eccs ix. Nescit hō finē suū ⁊c̄. Exemplū ē no tabile. Luc̄. xij. de diuite q̄ dicebat Ania mea multa bona habes ⁊c̄. Cui dictū est Stulte: hac nocte repetēt a te animā tuā q̄ aūt parasti cui⁹ erūt ⁊c̄. Uide ibi Iō si cut hr̄ ibidē. Uos estote parati ⁊c̄.

t Erti⁹ ar. Auḋ. ⁊c̄. Dicite igr̄ q̄d ma gis cupitꝭ vl̄ longā vitā vel bonā vi tā. Audite q̄d iura dicūt. ff. de eo qd̄ cer/ to loco dari dꝫ. l. scd̄a. Et extra de pl⁹ pe/ titionib⁹. c. ij. Siq̄s in aliq̄ loco petit ali/ q̄d sibi ꝑmissum ꝑ alio loco indebite pe/ tit. Pone casum: ⁊ expone ad ꝑpositū q̄m frustra petūt miseri pctōres in carcere hu ius mūdi longā vitā ⁊ satietatē diuitiaꝝ deliciaꝝ ⁊ honoꝝ ⁊ carentiā angustiaꝝ. Hec ei ꝑmittit de⁹ dare nō in mari hui⁹ mūdi: sꝫ in aula celi si bn̄ vixerim⁹ in h̄ se/ culo in q̄ habem⁹ multas miserias susti/ nere. Iob. xiiij. Homo natus de muliere breui viuēs tp̄e replet̄ multꝭ miserijs.

Sermo. ij.

p Etite et da.

⁊c̄. Oīs q̄ petit accipit ⁊ qui q̄rit inuenit ⁊ pulsanti aperie tur. Lu. xj. In his ꝟbis tāgit̄ ꝑmissio t ri plex q̄ tamē in idē redit.

Primo em̄ petēti ꝑmittit̄ acceptio.

Scd̄o querēti inuentio.

Tertio pulsanti apertio.

De primo. Aug⁹. Nō tantū nos hortare tur vt peterem⁹ nisi vellet dare. De se cūdo. Esa. lv. Querite dn̄m duꝫ inueniri pōt. ⁊c̄. Sꝫ nota qd̄ seq̄t̄. Derelinquat im pi⁹ viā suā ⁊ vir. ⁊c̄. De tertio. Matth xj. Uenite ad me oēs q̄ laboratis ⁊ one

rati &c. Multū cupit aperire q̇ vocat vt
veniatur ad se

Salutatio Petite. &c.

p Rimus ar. An solus de⁹ sit orand⁹
Q, sic: qꝛ oratio est actus religionis
siue latrie q̄ soli deo ē impendēda. Cōtra.
Job. v. Ad aliquē sctōꝝ ꝯuertere. Re
spōdet: Rich. in. iiij. dis. xv. Dupliciť pre
ces pōt aliq̇s alteri offerre. aut vt tanꝗ̄
ꝑ ipm implēdas: aut vt ꝑ ei⁹ impetratio-
nē impleať. Primo mō sol⁹ de⁹ est oran-
dus. Vn̄ sic orando īpendim⁹ ei q̇ oratur
latrie cultū: qm̄ eū recognoscim⁹ auctorē
ei⁹ qđ petim⁹. Scđo mō aūt orādi sunt
scti. Hec Rich. Pro fūdamēto. Sol⁹
de⁹ oīa de se pōt: ꝛ oīa regit. Aristo. xij.
Metaph. Vn⁹ ḡ pnceps. Et boeti⁹ li-
bro ď ꝯsolatiōe. Oīa certo fine gubernās
Et Ouidius libro fastoꝝ. Jupiter arce
sua totū ꝯspectat in orbē. Queriť ḡ an so
lus de⁹ &c. Dic r̄n̄sionē vt sup̄. Ex q̄ ꝯclu
de. ꝛ si cōfidentiā aliquā debeam⁹ h̄re in
sanctis: p̄ncipalis tn̄ spes in solo deo est a
q̊ solo expectandū est qđ in oratiōe peti-
mus. Jpe em̄ est a q̊ cūcta bona ꝓcedunt
vt dr̄ in quadā collecta. O igiť ꝗ̄ miseri
sūt pctōres q̇ a deo se elōgant. ps̄. Qui e-
longant se a te peribūt. Audite fornicato
res raptores &c. Certe certe: qꝛ a dn̄o re-
ceditis: ip̄e vos a sua societate repellet et
ꝓhibitis. Figura. Gen̄. iij. Primi paren-
tes statim vt recesserūt a deo mandatuꝫ
eius transgrediētes expulsi sūt de paradi
so ꝛ expositi miserijs multis. Sic quilibꝫ
mādata dei p̄teriēs repelliť a paradiso ce-
lesti: ꝛ a numero filioꝝ dei ꝛ eccl'ie ꝛ mul
tis exponiť miserijs. Vn̄ pctōri dr̄ illud
Apocal. iij. Nescis qꝛ miser es ꝛ misera-
bilis pauꝑ ꝛ cecus ꝛ nudus. Et Prouer.
xiiij. Miseros populos facit peccatū.

s Ecūd⁹ ar. Jn p̄cedenti &c. Nūc de
scđa q̄ est ꝓpť tp̄alis indigētie suble
uationē. Multa em̄ in hac tp̄ali vita sunt
nobis necessaria q̄ ex nobisipsis nō possu-
mus habere. j. Coꝝ. iiij. Quid habes qđ
nō accepisti. Sūt aūt tres p̄ncipales indi
gentie ꝑ q̇bꝰ in his letanijs rogandū est.

Prima est indigētia corꝑalis sanitatis
Secūda est indigētia ānualis vbertatꝫ
Tertia est indigētia cordialis vnitatꝫ.

Prima igiť &c. Sicut em̄ di. Paul⁹ Rom.
viij. Quid in huiusmodi orem⁹ sicut opor
tet nescim⁹. De hoc vide s̄ serm̄. vij. dn̄i-
ce. v. post pascha. Scđa ē indigētia an
nualis vbertatꝫ. iō nūc rogare deū debe-
mus vt teneros adhuc fruct⁹ terre ꝯser-
uando multiplicet. Sunt tn̄ hmōi tp̄alia
sub cōditiōe petenda. Vide vbi s̄. Notā-
dū autē ꝙ de⁹ vult a se peti tp̄alia ꝓpter
tres cās. Prio ꝓpť mali euitationē: vt scꝫ
a nobis auferat nimiā adq̇rendi sollicitu
dinē. j. Pe. v. Omē sollicitudinē vestram
in eū ꝓijcientes qm̄ ipi cura est de vobis
Jō etiā ip̄e saluator dic̄. Matth. vj. No-
lite solliciti esse dicētes: q̇d mādučabim⁹
aut q̇d bibe. Qđ intelligendū est de an-
xia ꝛ sup̄flua sollicitudine. Scđo ꝓpter
boni ꝓmotionē vt videlꝫ nr̄a ꝑ hoc in deū
excitetur deuotio inq̄ntum ex creaturarū
bonitate ex parte cognoscitur bonitas cre
atoris. Sap. xiij. Vani sūt oēs hoies in
quibus nō subest sciētia dei: ꝛ de his q̄ vi
denť bona nō potuerūt intelligere eū q̇ ē:
neqꝫ oꝑibus attēdentes agnouerūt quis
cēt artifex &c. Seq̇ť A magnitudie ei spēi
ꝛ creature cognoscibiliť poterit creator
eoꝝ videri. Jtē vt ꝑ vsum bonū tp̄alium
eterna adq̇ram⁹. Vn̄ Dan̄. iiij. Dixit da
niel ad nabuchodonosor. Peccata tua ele
mosynis redime. Et Prouer. xiij. Redē-
ptio aīe viri diuitie ei⁹. Tertio ꝓpť natu-
re sustētatōeꝫ. Jō orabat sapiēs. Prouer.
xxx. Diuitias ꝛ paupͣtates ne dederꝫ mi-
hi sꝫ tm̄ victui meo tribue necessaria. Jō
etiā dn̄s nos instruit. Lu. xj. vt oremus
di. Panē nostꝝ q̄tidianū da nobꝫ hodie:
quotidianū inqꝫ. i. quotidiano victui ne-
cessariū. Jn hoc certe recognoscēda ē mi-
seria nr̄a ac misera cōditio qꝛ rebus terre
nis nobis inferioribꝰ ꝓ hac vita indigem⁹
Et qꝛ s̄m ph̄m. ij. de gn̄atione. Ex ijsdem
sum⁹ ex q̇bꝰ nutrimur. Ex h̄ datť nob cā
ꝯsiderādi qm̄ ex terra sum⁹ ꝛ in terrā re-
digemur. Et q̇cq̇d ꝑ cibo aut potu sumi-
mus illud nobis clamat. Gen̄. iij. Reuer-
teris in terrā de q̄ sumpt⁹ es. Hoc atten-
dite gulosi: luxuriosi &c. Jtē ex hoc reco-
gnoscēda est admirabilis erga nos dei di
gnatio q̇ sic suas creaturas dat ad vsum
hominis. Jō di. Hugo in lib. de arra spō
se. Respice vniuersum mūdū ꝛ ꝯsidera si
quid in eo sit qđ tibi non seruiat &c. Jtez

ex hoc est recognoscēda debita nostra ad deū subiectio cum sic de⁹ nobis suas creaturas subiecerit. Ideo Augusti. lib. solil. Omnia dñe que fecisti sub pedib⁹ hominis subiecisti: vt solus hō sup oia tua: tu⁹ esset totus. Tertia est indigētia cordialis vnitatis: scʒ pacis inter terrenos pncipes. Solent em̄ his tpibus bella sepius excitari. Iō pro pace nūc rogandū est. ps Rogate que ad pacē sūt. Querenda autē ē pax: nō vt liberi⁹ voluptatib⁹ fruamur: sʒ vt meli⁹ deo seruiam⁹. Nā tpe belli vix vacare possunt hoies diuinis officijs et multa pperāt̃ pctā: homicidia: furta: adulteria: defloratiōes virginū: pditiōes ⁊ violentie multe simplicib⁹ inflicte Iō petit eccliā. Da seruis tuis illā quā mund⁹ dare nō potest pacē: vt ⁊ corda nostra mādatis tuis sint dedita. Et certe si pacē cū deo haberem⁹ mādatis eius per oia obedientes: pacē etiā tpalē daret nob. Baruc. iij. Cōfide veraciter ⁊ agnosce: nā si in via dei ambulasses habitasses vtiqȝ in pace sup terram. Exemplū in libro iudicuȝ plurib⁹ caplīs. quotiens filij israel relinquebant dñm dabat eos in man⁹ hostiū: qn vero ad eū ꝯuertebantur liberabat eos dans eis pacem. Prouer. xvj. Cū placuerint dño vie hois inimicos quoqȝ ei⁹ cōuertet ad pacem.

t Ertius articulus. Aud. ⁊c. Videte aūt quō huiusmodi tpalia petitis: ne videlʒ sic tpalibus afficiamini qȝ ꝑpter tēporalia: eterna amittatis. Multo em̄ magis eligēdum esset ꝑdere tpalia. Audite qd hr̃. xij. q. iij. Socrates. Socrates ille theban⁹ dū per mare athenas gratia studij ꝑgeret ꝓiecit a se magnū pondus auri dicens. Poti⁹ volo submergere te: qȝ sub mergas me. Nā vt di. Lex de re. iur. l. q̃tiens. De duob⁹ malis: min⁹ malū est eligendū. Attendite. Si rex vobis ꝓmiserit nobilē baroniā a vobis certo tpe possidendam ⁊ interim ab eo petitis denariū. Si dixerit ille vobis: si denariū recipis baroniā nō habebis: nōne poti⁹ eligeretis denariū nō hr̃e qȝ baroniā amittere: Credo qȝ sic. Expone ⁊ applica notādo illō Gre. Pauca quippe sūt oia bona p̄ntis vite qn tūlibet multa esse videātur cōparatione retributionis eterne.

Sermo terti⁹
Pro letanijs

Petite et da.

p ⁊c. Multū valʒ depcatio iusti assidua. Iaco. vlti. Nota ibi tres cōditiōes deuote oratōis.

Prima est cōsciētie puritas: cum dicit deprecatio iusti.

Scōa est perseuerantie ꝯtinuitas cuʒ dicit assidua.

Tertia est efficacie vtilitas. cum dicit. Multū valet.

De prima. ps. Iniqtatem si aspexi in corde meo nō ex. dñs. De scōa. Col. iiij. Oratōi instate vigilātes in ea. De tertia Bern. Nemo ꝑuipēdat orationē suā qm̄ ipe ad quē oram⁹ nō ꝑuipendit eam.

Petite ⁊c.

p Rim⁹ ar. An orō pctōꝝ exaudiat̃: Q, sic: qr alias frustra docuissʒ nos dñs orātes dicere: di. no. d. n. vt d. Aug. d pe. dis. ij. c. Adhuc instāt. Cōtra. Io. ix. Pctōres de⁹ nō audit. Rñ. fm Alexā. in. iij. volūine sū. Orātes p̄nt eē i triplici drā. Nā aliq̄ sūt iusti ⁊ sine pctō mortali licʒ forte pauci: ⁊ hoꝝ orō potissima est. Alij sūt pctōres obstinati q̄ corda sua obdurauerūt spernētes dei iudicia: Isti cū sentiūt manū dei sup se clamāt: dñe dñe: ⁊ dñs auertit se ab e is: qb⁹ dr̃. Prouerb. j. Vocaui vos ⁊ renuistꝫ extēdi man⁹ meas ⁊ nō fuit q̄ aspiceret ⁊c. Ego q̄qȝ i interitu vr̃o ridebo ⁊c. Tūc inuocabūt me ⁊ nō exaudiā. ⁊c. Est exēplū de antiocho. ij. Mach. ix. Et d balaā. Nūe. xxiij. q̄ cū vidissʒ castra filoꝝ isrl̃: dixit Moriat̃ aīa mea morte iustoꝝ ⁊ fiāt nouissia mea hoꝝ silīa. Bonū q̄ppe petebat: sʒ audiri dign⁹ nō erat qr vt reprob⁹ viuebat Alij sᷤ pctōres hūiliati q̄ licʒ aliqn peccēt: n̄ tn̄ diu retinēt ꝓpōitū male volūtatꝭ sʒ se hūiliāt corā deo. Et tales cōfortandi sunt vt sperent in dño: dum tamē studeant ad peccatoꝝ detestationē qr dñs ex mia tales exaudit. Exēplū Lu. xviij. Pctōr erat publican⁹ ⁊ hūiliat⁹ exauditus est. Item Esa. xxxviij Ezechias qui peccator erat ꝑpter humilitatem suam in oratione sua exauditus ē: Item peccatores erant niniuite et oran-

tes ꝛ ieiunãtes irã dei euaserũt. vt dr̃ Jone.iij. Hec ꝓ rñsione. Pro fundamẽ. Dẽ bonũ opus pia intentõe factũ placet deo. Vñ Ouid.li.fastorum. Dij pia facta vident. Et Sen.ad Lu. Dij ascẽdentibus manũ porrigũt. Per orõem aũt hõ in deũ ascẽdit. Jdo certũ est ꝙ orõ deo placꝫ cũ fit pio aĩo. Querit̃ ḡ An oratõ ꝛc. Dic rñ. vt s. Post rñsionẽ dicas: Exaudit ḡ deus peccatorẽ: ꝛsi nõ ex iusticia/ tñ ex miscõia: cũ vicꝫ ex bono ꝛ pio desiderio orat. Pctõrẽ aũt inq̃ntuꝫ pctõr est.i.q̃ntũ ad desideriũ pcti nõ audit deus ex miscõia: lꝫ q̃nq꞉ audiat ad vindictã dũ de⁹ suo terribili iudicio pmittit ampli⁹ peccatorẽ ruere in pctã. Figura. Num.xj. Filij isrl̃ petẽtes carnes auditi sunt ad volũtatẽ: sed in dãnũ/ qꝛ venit ira dĩ sup eos. Vide ibi. Sic etiã pmittet eos q̃ carnẽ petũt.i. voluptates suas talibꝫ frui ad voluptatẽ: sed non ad salutẽ. Aug. De⁹ q̃daꝫ negat ꝓpiti⁹ q̃ concedit iratus.

S Ecũdus arti. Jn pcedẽ. ꝛc. Hic de tertia q̃ est ꝓpter spũalis grẽ impetrationẽ q̃ nobis est valde nc̃aria pcipue

Primo ꝓpter efficatiorẽ (ꝓpter tria. feruescẽtis carnalitatis mortificationẽ.

Scdo ꝓpter pfectiorẽ tepescẽtis voluntatis excitationẽ.

Tertio ꝓpter velociorẽ imminẽtis hostilitatis ꝯfutationẽ.

Primo igit̃ ꝛc. Jn hoc em̃ tpe motus carnales magis feruẽt: idõ nc̃aria est gr̃a dĩ ad eos mortificãdos. Gal.v. Spũ ambulate ꝛ desideria carnis ñ pficietꝫ. Secũdo ꝓpter pfectiorẽ tepescẽtis volũtatis excitatõeꝫ.s.ad bonũ op⁹. Nã vt dr̃ Aug. in.j. retractationũ. Nisi volũtas nr̃a adiuuetur dei gr̃a pie recteq꞉ viuere non põt. Gre. Nihil valꝫ hũana industria sine adiuuãte dei gr̃a. Et Joã.xv. Sine me nihil potestis facere. Tertio ꝓpter velociorẽ imminẽtis hostilitatꝫ ꝯfutationẽ ad resistendũ diabolicꝫ tentatiõibꝫ. Jdo dicebat saluator Mat.xxvj. Orate vt nõ intretis in tentatioꝫ. Jsid.de sũ.bo. Hoc est vnuꝫ remediũ ei⁹ q̃ vicioꝝ delectatiõe exestuat vt q̃tiens q̃libꝫ vicio pugnitur: totiẽs orõnẽ fundat: qꝛ freq̃ns orõ impugnatioꝫ viciorꝝ extinguit.s.ꝑ gr̃am a deo ꝯcessam.

Exemplũ in vitaspa. Quidã necromãtici btõ Antonio inuidẽtes miserũt ad cellam ei⁹ m̃ltos demones adiuratos: q̃ cuꝫ irruerẽt in eũ ei diuersas turpes imagies ꝛ cogitatiões malas intulerũt: q̃s oẽs beatus antoñ. ꝟtute scẽ crucꝫ ꝛ orõis amouebat: ꝛ nihil in eũ ꝓualẽtes ꝯfusi sunt: ꝛ reuersi ad necromãticos dicẽtes nihil se posse ꝓficere: sꝫ suis orõnibꝫ nos oẽs repulit. Quo audito oẽs necromãtici ad btm̃ Antoniũ venerũt ꝛ veritatẽ ꝯfitẽtes ad fideꝫ sunt ꝯuersi. Legit̃ etiã de q̃dã q̃ tentabat̃ annis q̃ttuordeci pessimis ꝛ luxuriosis cogitatiõibꝫ qui petiuit cõem orõem ꝓ eo fieri in fine pdicatiõis: ꝛ sic cõis orõ liberauit eũ. vñ Hiero. Jmpossibile est pces m̃ltoꝝ nõ exaudiri.

T Erti⁹ artic. Aud. ꝛc. Et notate bñ qm̃ sup oĩa petẽda est gr̃a dei. Caueteigit̃ ne ꝯ gr̃am dei agẽtes merito ĩpa ꝓuemini. Dicit em̃ lex.ff. de iudicijs.l. vlt. Juste ꝓuat̃ vnusq̃sq꞉ eo ꝯ qd̃ agit. Certũ est aũt ꝙ ꝯ gr̃am agit q̃ in pctĩs ꝑseuerat. Et.xvij.q.iiij. Sicut antiq̃tus. Qui iniuriam facit eccl̃ie ꝓuari debꝫ cõione ipius. Pone casum iuxta pdicta. vel sic. Si rex vobis m̃lta offerret inter q̃ est lapis pciosissim⁹ ꝟtute cui⁹ oĩa vicere potestꝫ ꝛ oĩa q̃cũq꞉ volueritꝫ in auꝝ ꝯuertere: nõne ceteris oĩbꝫ despectꝫ sufficeret vobis lapis ille: aut si lapide illo neglecto ꝛ spreto poti⁹ alia petitꝫ: nõne merito tli lapide ꝓuamiꝫ. Expone Per lapidẽ illũ intellige gr̃am dĩ ꝑ quã hostes ꝛ aduersa facile vincere possum⁹ ꝛ oĩa ꝯuertere in auꝝ.i. in eterne vite meritũ. Jdo bñ dr̃ dñs paulo.ij. Coꝝ.xij Sufficit tibi gr̃a mea

Pro vigilia ꝛ festo triũphãtissime ascensionis dñi Sermo pmus.

D Ominus iesus postq꞉ locut⁹ est eis assũptus est in celũ ꝛ sedet a dextris dei. Mar.vl. Subleuatꝫ iesus ocul̃ in celũ dixit: Pr̃ venit hora clarifica filiuꝫ tuũ. Jo.xvij. Tria ibi insinuãt̃ necessaria ad hoc vt spũalit̃ cũ dño ascẽdam⁹ ꝛ ascẽsionẽ ei⁹ debite celebrem⁹.

Prim ẽ mẽtꝫ eleuatio: cũ dr̃. suble. ocul̃.
Scdm finis pmeditatõ: cũ dr̃: veit ho.

Tertiū deuota orō, cū dicit: clarifica filiū tuū. Sic debet deo patri celesti q̄libet dicere de seipō. De pmo Ps. Ad te leuaui oclos meos. De scdo Eccī. xxxvj. Festina tēpus ⁊ memēto finis. De tertio Cantico. j. Trahe me post te ⁊c̄.

Dn̄s Jesus ⁊c̄.

P Rimus arti. An debuerit chr̄s ascēdere in celū: Q, nō. quia ipe dixit discipulis suis Matth. vlt. Ecce ego vobiscum sum vsq̧ ad ↄsūmatiōz seculi. Cōtra Marci vlti. Assūptus est in celū. Respōdet Tho. in. iij. p. Cōueniēs fuit christū ascēdere in celū: qꝛ p resurrectōz vitā immortalē ⁊ impassibilē inchoauit. Locus autē iste locus est generatiōis ⁊ corruptionis: sed loc⁹ celestis est loc⁹ incorruptionis. Licz aūt p hoc ꝙ ascēdit in celuz: nō ei accreuerit aliq̄d q̄ntuz ad ea q̄ sr̄ de essentia glīe siue s̄m corp⁹: siue s̄m aīam: tamē aliq̄d accreuit q̄ntum ad loci decentiā q̄ est ad bene esse glīe. Et ex hac decētia gaudiū q̊dammō habuit: nō quidē ꝙ tūc de nouo inciperet gaudere qn̄ in celum ascēdit: sed qꝛ nouo mō de hoc gauisus est sicut de re impleta. Hec Tho. Pro fundamēto. Sicut dicit Boe. iij. de ↄsolatōe Repetunt ꝓprios q̧q̧ recursus: redituq̧ suo singl'a gaudent. Jdō dn̄s post resurrectionē recurrit vn̄ō venerat. Nā s̄m phm in lib. phyſ. Hic est loc⁹ generabiliū ⁊ corruptibiliū: ⁊ chr̄s resurrexit ad vitā incorruptibilē. Cū ergo querit̄ An debuerit ⁊c̄ Dic rn̄sionez vt s̄. Post rn̄siōez dicas: Studeam⁹ igr̄ in celū ascēdere post christū. Juxta illō Aug⁹. Si recte: si fideliter si sancte: si pie ascensionē dn̄i celebramus: ascendam⁹ cū illo: ⁊ sursum corda habeamus. O q̧ miseri qui ↄtrariū faciūt: q̇ ad ista inferiora corda deflectūt: Auari: vsurarij ⁊c̄. Ad hoc q̇ppe venit ad nos dn̄s: ⁊ inde a nobis recessit ⁊ ascendit: vt cū illo ascendam⁹. Sed heu plures diabolū sequūtur q̧ chr̄m: iō pl'es descendūt q̧ ascēdunt. Figu. Nūe. xiiij. Predixit dn̄s populo isrl' ꝙ de tota illa mltitudine sexcentorū triū miliuz viroꝝ q̇ngētoꝝ q̇nq̄ginta: duo tm̄ terrā ꝓmissiōis ascenderēt. s. Caleph ⁊ Josue. Et ita cōtigit. Expone et applica: qm̄ pauci chr̄m sequūtur. Bern. sup Can. Quā pauci sunt o bone iesu qui post te ire velint: cū tamē ad te ꝑuenire nemo est qui nolit scientib⁊ cūctis qm̄ delectationes in dextera tua vsq̧ in finē: ideo volūt oēs te frui ⁊ nō te imitari. corregnare cupiūt: sz nō cōpati: nō curāt q̄rere quē desiderāt inuenire: cupiētes ↄseq̇ sz nō seq̇.

S Ecūdus arti. Jn hoc sermone dicemus q̧ deuote ⁊ iocūdissime est ascēsio dn̄i celebrāda: Vn̄ Leo papa in serm̄. de ascensione dn̄i. Sicut in solēnitate paschali resurrectio dn̄i fuit nobis causa letandi: ita ascensio ei⁹ in celos p̄sentiū nobis est materia gaudioꝝ recolētib⁊ illum diē quo natura nostre humanitatꝫ in christo sup oēs ordines angeloꝝ ad dei patrꝫ ꝓuecta est ↄsessuz. Est autē hec solēnitas iocundissima p̄cipue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter eminentissimaz humane fragilitatis sublimationē.

Secūdo ꝓpter amplissimā angelice iocūditatis augmentationē.

Tertio ꝓpter euidentissimā diuine bonitatis manifestationē.

Primo ꝓpter ⁊c̄. Tunc eñ ineffabiliter sublimata est humana natura. Grego. in om̄. Jlla nat̄a cui dictū fuerat Terra es et in terrā ibis. hodie in celū iuit: nec solū tūc exaltata est humanitas in ꝑsona chr̄i sedetiā in patrib⁊ antiq̇s q̇ in celuz cū dn̄o ascenderūt. Est g̊ p̄sens solēnitas nō solū dn̄i ascēdentꝫ: sedetiā oim sctōꝝ p̄riarcharū: et ꝓphetaꝝ et electoꝝ q̇ fuerūt ab origine mūdi vsq̧ tūc q̇ detēti fuerāt in limbo. Si g̊ de vnico sctō fit solēnitas die illa qua ascēdit in celū: q̄nta est solēnitas pn̄s q̄ tot sctōꝝ milib⁊ ⁊ ipi sanctosctōꝝ sp̄ealiter est dedicata. Est etiā festū pn̄s q̊dam speciali modo festū glīose virginis q̄ cum ineffabili gaudio carnē humanā a se assūptam vidit in celū triūphāter ascendere. Pōt etiā p̄terea dici festū totius hūane nature q̄ tā excellēter in chr̄o ē exaltata. Jdō dicebat discipul' suis Joā. xiiij. Si diligeretis me gaudeteꝫ vtiq̧: qꝛ vado ad patrem. ⁊c̄. Scdo ꝓpter amplissimā angelice iocūditatis augmentatōez. Nunq̧ ꝑfecto tale fuit festū in celo sicut in chr̄i ascēsione in quē desiderant angeli ꝓspicere. j. Pet. j. Presens itaq̧ solēnitas est festum angeloꝝ: qm̄ tunc eoꝝ ruina cepit reparari qn̄ dn̄s cū tot milib⁊ electis celos ascēdit.

Tertio ꝓpter euidentissima diuine boni/ tatis manifestationē q̄ apparuit in hoc ꝙ in tantā gl'ie et dignitatꝫ magnificentiā na turā hūanā exaltauit. Exaltata ꝗppe mi/ rabiliter fuerat hūanitas qn̄ deus factꝰ ē homo. sed tūc nōdūꝫ oino glificata. quia corpus erat passibile et mortale. Totalit̄ aūt glificata est in eiꝰ resurrectiōe: ꝫ cōsū matio ⁊ oimoda manifestatio huiꝰ gl'ie fa cta est in eius triūphātissima ascensione. Hec ḡ festiuitas ꝯclusio est oim festiuita tū chri: vicꝫ incarnatiōis: natiuitatꝫ: circū cisionis: apparitiōis: p̄sentatiōis: passio/ nis et resurrectiōis. Ad hoc ꝗppe incar/ natus est: natus: circūcisus: magis ma/ nifestatꝰ: in tēplo p̄sentatꝰ: ⁊ trigīta trib⁹ annis in laborib⁹ huiꝰ mūdi ꝯuersatꝰ: de hinc passus ⁊ mortuꝰ: resurrexit vt ad ce/ los ascēderet/ ⁊ celi portā apertā oñderet ⁊ mōstraret. Augꝰ. ser. de ascēsione: Nos chri mors viuificauit: nos xp̄i resurrectio erexit: nos chri ascēsio ꝯsecrauit. q2 nobis de celo spm̄ tribuit. Nos ḡ in hac solēnita te mentē post chr̄m ⁊ ad chr̄m eleuemꝰ/ nihil oino aliud q̄ ad eū ire cupiētes. Exemplū de pegrino q̄ visitatꝫ ceterꝫ nr̄e redēptōnis locis tandē veniēs ad montē oliueti ad locū vn̄ dn̄s ascēdit dixit: O dul cis Jesu q̄siui te p oīa loca in q̄bus redem ptiōis nr̄e mysteria ꝑfecisti: veni tandē ad locū hūc vn̄ ad celos ascēdisti: iā vltra ne/ scio vbi te requirā in terra: Trahe rogo trahe me post te in celū. Et hoc dicēs dul citer expirauit spm̄ emittēs ad dn̄m. Sic et nos totā spem nostrā ibidē eleuemus. Nā sicut dt̄ Augꝰ. Dū chrs humanā cō/ dicionē siderib⁹ importauit: credētib⁹ ce/ lum patere posse mōstrauit.

T Ertiꝰ articu. Audistꝫ ⁊c̄. Nō aūt p/ sumat aliq̄s sine meritꝫ cū chro sur/ sum ascēdere. Nemo em̄ ascēsurus est illuc nisi sit membꝝ chri/ qḋ nō pōt esse nisi per grām et merita chro cōformet̄. Nā vt dt̄ xij. di. Nō decet. Et de ꝯse. di. iij Celebri/ tatē. Caput sequi dn̄t mēbra. s. p ꝯforma tionē. Et. lex. dt̄. ff. q̄ res pignori obligari pn̄t. l. Si necꝫ. Causa debꝫ p̄cedere suū ef fectū. Merita autē q̄b⁹ ꝯfigurat̄ hō chro sunt cā dispositiua ad ascendēdū cū chro. Audite. Si rex mādaret: qcunꝗ volue/ rit a rege honorari/ accipiat insignia regꝫ et securꝰ accedat: Nōne gaudent̄ sumere ⁊ tis ⁊c̄. Credo ꝙ sic. Applica: qm̄ mlto de/ siderabilius est a chro honorari q̄ a rege terreno. Sed notate bn̄ qḋ dicit Grego. Qui chri vestigia sequi dedignant̄/ q̄ te/ meritate sperāt se ad eiꝰ claritatꝫ gaudia ꝑuenire posse.

Sermo secūdus.

D Ominus ie

sus ⁊c̄. Cepit iesus facere et docere vsqꝫ in diē q̄ p̄cipiēs aplīs p spm̄sanctū q̄s elegit assumptꝰ est. Act. j. Ibi notāda est Primo doctrine chri efficacia: q2 cepit facere ⁊ docere. Scd̄o ꝑseuerātia: cū dicit Vsqꝫ in diē ⁊c̄. Tertio euidētia: q2 assumptꝰ est/ et p hoc euident̄ ꝯfirmata est doctrina sua. De pmo Joā. xiij. Exemplū dedi vob: vt queadmodū ego feci: ⁊ vos faciatꝫ. De scd̄o Act. j. Quib⁹ ⁊ p̄buit seipm̄ viuū in multis argumētis p dies q̄draginta. ap. eis ⁊ lo. de regno dei. De tertio. Act. j. Videntib⁹ illis eleuatus est Dominus ⁊c̄.

P Rimꝰ articl's. An chrs ascēderit ꝫm ꝙ hō: aut ꝫm ꝙ deꝰ. Q2 ingꝛtū deꝰ. ps. Ascēdit ds in iu. Cōtra. Eph. iiij. Q2 aūt ascēdit q̄d est nisi q2 ⁊ descēdit p̄muꝫ. Glosa dt̄: Cōstat ꝙ ꝫm humanitatē chrs ascendit Rn̄det Tho. in. iij. pte. ly ꝫm ꝙ: pōt duo notare. s. ꝯdicionē ascēdētꝫ: ⁊ cau sam ascensiōis. Primo mō nō ascēdit ꝫm ꝙ deus: Tū q2 nihil est diuinitate altiꝰ q̄ possit ascēdere. Tū quia ascēsio est motꝰ localis q̄ diuine nature nō ꝯpetit: sed hoc modo ascendit ꝫm ꝙ homo. Scd̄o mō ascendit ꝫm ꝙ deus. Vn̄ Aug. ser. de ascē sione. De nostro fuit ꝙ pependit in cruce: de suo ꝙ ascēdit. Hec Tho. Pro fund. Scd̄ꝫ logicos: si in hac ꝓpōne: chrs ꝫm ꝙ hō ascēdit: ly ꝫm ꝙ: teneret̄ reduplicatiue Vna suaꝝ exponentiū esset ista: Ois hō ascēdit: q̄ est falsa. Vn̄ etiā dt̄. vj. eneid. Facilis descēsus auerni Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gra dum supasqꝫ euadere ad auras. Hoc opꝰ hoc labor est. Pauci q̄s equꝰ amauit Ju piter aut ardes euexit ad ethera virtus

Dijs geniti potuere. Si aũt teneatur fm q̃ specificatiue: q̃stio est: An chr̃us fm q̃ hõ: aut fm q̃ deus ascẽdit. Dic rñ. vt s. P9 rñsionẽ: Magna prorsus hodierna festiuitas in q̃ chr̃s celos ascẽdit: sed parũ hoc ẽ p nobis nisi et nos ascẽdere studeamus. Jõ Aug9. in ser. Saluator mũdi dilectissimi frẽs ascẽdit in celũ. Nõ ergo turbemur in terra. Jbi sit mẽs/ ⁊ hic erit reqes. Ascendamus cũ chr̃o interi corde: vt cũ dies promissus aduenerit/ seq̃mur ⁊ corpe. Sz q̃mõ ascẽdere potestis pctõrũ oneribus aggrauati dicẽte ps. Qm̃ iniq̃tates mee supgresse sunt caput meũ: ⁊ sicut onus graue grauate sũt sup me. Attẽdite luxuriosi: auari ⁊c. Certe nõ viã ascẽsionis. sz descẽsiõis tenetis. Deponẽtes ergo oẽ põdus ⁊ circũstans nos pctm̃ curram9. vt ait apl's Heb. xij. audiẽtes vicz chr̃m dicẽtẽ: Venite p9 me Matth. iiij. Et venite ad me oẽs. Mat. xj. Notate: Ostiũ palatij magni pñcipis custodit ne ingrediant extranei. Jõ pauperes hñtes cãs aliq̃s ad pñcipẽ expectãt aduentũ alicui9 magni dñi cui apiant porte ⁊ ponũt se post illũ: ⁊ sic intrãt. Spũalr Ante chr̃i ascensiõz clausa erat porta celi: ⁊ eram9 oẽs extranei: sed ipo ascẽdẽte facta est oibus manifesta. Fig. Apoca. iiij. Joãnes vidit ostiũ aptuz in celo: ⁊ vocez audiuit dicẽtẽ: Ascẽde huc ⁊ ostẽdaz tibi q̃ opz fieri cito. Et post hec fuit in spũ ⁊ vidit sedẽ in celo ⁊ sedentẽ sup: ⁊ in circũitu eius vigintiq̃ttuor seniores circũamicti vestimẽtis albis sedẽtes sup thronos ⁊ habẽtes in capitibus coronas aureas. Spũaliter: Jlla visio figurabat aptiõez ostij paradisi factã chr̃o ⁊ p chr̃m post quẽ ⁊ p quẽ m'lti cito intrauerũt: q̃ significant p. xxiiij. seniores. Aug9. in solilo. O q̃ gl'iosum est regnũ q̃ tecuz dñe regnãt oẽs scti amicti lumine sicut vestimẽto habẽtes in capite coronas de lapide p̃cioso.

6 Ecũdus artic'ls. Jn verbis thematis q̃ sunt oĩ dulcedine ⁊ iocũditate refecta nobis exprimũtur tria mysteria deuotissimis aĩs hodie recolenda.

Primũ est mysteriũ dulcissime cõsolationis: cũ dicit Dñs Jesus postq̃ locut9 est eis.

Scd̃m ẽ mysteriũ triũphãtissime ascẽsionis; cũ dr Assumptus est in celũ.

Tertiũ est mysteriũ gl'iosissime exaltationis: cũ dicit Et sedet a dextris dei.

Primũ igit ⁊c. Ubi est cõtemplanda dulcedo verborũ quibus discipulos ⁊ amicos cõsolatus est cũ esset ascensurus in celum. O q̃ntũ dulcedinis sapiebãt verba Jesu illis in quorũ cordibus feruebat amor iesu. De quo Bern. Amor iesu dulcissimus et vere suauissim9 plus milies gratissimus q̃ dicere sufficim9: Hic amor ardet dulciter: dulcescit mirabilit: sapit delectabiliter: delectat et feliciter. O beatũ incendiũ: o ardens desideriũ: o dulce refrigerium/ amare dei filiũ. Unde ⁊ ecclesia cantat: Jesu nostra redẽptio: amor ⁊ desiderium ⁊c. Locutus est autẽ dominus amicis suis in recessu suo q̃ttuor p̃cipua verba dulcedine cõsolationis et amoris plenissima.

Primũ est verbũ gratiose promissiõis

Secũdum est verbum amorose increpationis.

Tertium est verbum virtuose redargutionis.

Jn hoc sermõe dicendũ de tribus pmis reseruato q̃rto p sequẽti. Primũ igit ẽ verbum gratiose pmissiõis: q2 vt habet Act. j. Cõuescens p̃cepit eis ab hierosolymis ne discede. sed expecta. p. pa. quã au. inq̃t p os meũ: q2 lo. quidẽ bapti. aqua. vos ãt bap. spiritusc. non post multos hos dies. Ubi nobis sunt tria notãda q̃ sunt ad receptionẽ spiritusscti necessaria. Primuz pacifica cõuersatio: q2 p̃cepit ne discederent ab hierosolymis: Hierosolyma enim pacifica interp̃tatur. Uñ et post resurrectionem pmo discipulis pacẽ dñs obtulit et deinde insufflauit ⁊ dixit Accipite spm̃ sctm̃. Scd̃m pseueratiua expectatio. nã addit Sed expectarẽt pmissiõez patris. Uñ de discipul' post ascensionẽ dñi ⁊ ante aduentũ spũsancti dicit Act. j. Hi omes erãt pseuerãtes vnanimiter in oratione. Tertiũ est studiosa verbi dei auditio q̃ notat ibi: Quã audistis inq̃t p os meum. Uñ Act. x. Loq̃nte Petro cecidit spiritussctũs sup oẽs qui audiebãt verbum.

Scd̃m est verbũ amorose increpatõis. Increpauit enim eos dulciter de incredulitate sua; nõ q̃ adhuc essent increduli; sed q2 antea tarde crediderãt. Gregori9 in

Homel. Qua in re q̄d ꝯsiderādū est nisi
ꝙ idcirco dn̄s discipulos increpauit cū
corporal'r reliq̄t vt ṽba q̄ recedēs diceret
in cordib⁹ audiētiū arti⁹ impssa remane-
rent. Bern̄. Audi chr̄m discipulos incre
pantē ea hora qn̄ subtracturus erat suā
pn̄tiā. Nō ḡ dedignerꝫ a ꝓximo vel a chr̄i
vicario redargui. Nam vt dr̄ Eccs. vij.
Melius est a sapiēte corripi q̄ꝫ stultorum
adulatōib⁹ decipi. Sꝫ heu sicut dt̄ Ber.
Mirabilis insania. Irascimur sananti et
nō irascimur vulnerāti. Tertiū est ver
bū virtuose redargutiōis: q2 vicꝫ dn̄s re-
darguit curiosam discipuloꝝ interroga-
tionē. Sic ei hr̄ Act. j. Interrogabāt eū
discipuli di. Dn̄e si in tp̄e h̄ restitues re-
gnū israel. Dixit aūt eis. Non ē vr̄m nos-
se tp̄a vel momenta q̄ pater posuit in sua
potestate. Iō etiā dr̄ Ecc̄i. iij. Altiora te
ne q̄sieris ꝛ fortiora te ne scrutat⁹ fueris.
Sūt ḡ acriter arguendi q̄ ō curiosis ꝛ in
utilib⁹ magis q̄ꝫ de necessarijs ad salutē
inq̄rūt: ꝛ acrius q̄ de futuro tp̄e sibi teme
rarie ꝛ piculosissime p̄sumūt. Ber. Quid
tibi de futuro tp̄e p̄sumis tam temerarie
o miser tāq̄ꝫ de⁹ ipa etiā tp̄is momenta in
tua non in sua posuerit p̄tāte. O q̄ꝫ mul-
ti tali temeritate decepti fuerūt ꝛ morte
ꝑuenti. Exēplū. Lu. xij. de diuite dicēte
Aīa mea mlt̄a bona ꝛc̄. Cui dictū ē Stul
te hac nocte repetent a te aīam tuā q̄ autē
parasti cui⁹ erūt. ꝛc̄. Itē narrat Grego.
in dial'. de q̄dā cui dū ꝑ somniū longa vi-
te spacia fuissent repromissa mlt̄as diui-
tias ꝯgregās q̄si ad longioris vite spacia
subito mortu⁹ eas intactas reliq̄t. Eccs.
ix. Nescit hō finē suū. Idē ibidē. Omnia
in futurū reseruantur incerta.

t Erti⁹ articul⁹. Aud. ꝛc̄. Nō differa-
mus ḡ pctōꝝ onera deponere vt cū
chr̄o ascēdere possim⁹: nec p̄sumamus de
futuro tp̄e qd̄ incertū ē sꝫ sp̄ parati simus
Hic applica qd̄ ponitur feria. ij. post dn̄i
cam in passione.

Sermo tertius.

Dminus.

d ꝛc̄. Eritis mihi testes in
hierl'm et in oī iudea et
samaria. Actuū. j. In illis tribus regioni
bus spc̄aliter noiatis notant̄ nob̄ tria ne
cessaria ad hoc vt in nob̄ sit testimoniū
de ascēsiōe dn̄i: ꝛ alijs nr̄e salutꝫ mysterijs
Debem⁹ eñ esse pacifici ꝑ ꝯscie puritatē
qd̄ ꝑ hierl'm significat̄ q̄ visio pacis in-
ṗtat̄ deo deuoti ꝛ hūiles ꝯfitēdo ꝓpriā in
dignitatē qd̄ intelligit̄ ꝑ iudeā q̄ cōfessio
interp̄tat̄: solliciti ꝓ futuro ꝛ stabiles in
bono ꝑ ꝓpositi firmitatē qd̄ significat̄ ꝑ
samariā q̄ custos dn̄i vel custodiēs dn̄m in
terp̄tat̄. De p̄mo. ps̄. In pace fact⁹ est lo
cus ei⁹. De scd̄o. ps̄. Notus in iudea de⁹.
De tertio. Ecc̄i. v. Esto firm⁹ in via dei.
Dn̄s. ꝛc̄.

p Rimus ar. An chr̄s ascenderit ꝓpa
ṽtute: Q, nō: q2 Marci vlt̄. dr̄ Assū
pt⁹ ē in celū. Cōtra. Esa. liij. Gradiēs in
multitudīe ṽtutis sue. Rn̄det Tho. iij
pte. Chr̄s ascēdit ꝓpria ṽtute. Prio q̄dē
ṽtute diuina. Scd̄o etiā ṽtute hūana n̄
naturali: sꝫ ṽtute aīe glificate mouētꝫ cor
pus ꝓut vult. Aug⁹. xxij. de ci. di. Ubi vo
let sp̄us ibi ꝓtin⁹ erit et corp⁹. Sic igit̄
ibi dr̄. Chr̄s ꝓpria ṽtute resurrexisse: ꝛ tñ
suscitat⁹ est a p̄re eo ꝙ eadē ē ṽt⁹ p̄ris ꝛ fi
lij: ita etiā ꝓpria ṽtute ascēdit in celū ꝛ tñ
a p̄re eleuat⁹ est. Hec Tho. Pro fūd.
Nō pōt corp⁹ hūanū virtute ꝓpria ferri
sursum: sꝫ deorsū tm̄mō: cū sit graue cui⁹
locus naturalis est deorsū: vt pꝫ ꝑ ph̄m p̄
mo de celo. ꝛ iiij. Physicoꝝ. Si aūt aliter
moueat̄ ṽtus illa ē ab aīa. Ad qd̄ aptare
possum⁹ illud Ouidij de pōto. Oīa defi
ciūt anim⁹ tñ oīa vincit. Ille etiā vires
corp⁹ hr̄e fac: vires inq̄ꝫ q̄b⁹ pōt ferri sur
sum. Cū ḡ q̄rit̄. An chr̄s ꝛc̄. Dic rn̄sionē
vt sup̄. Ex q̄ ꝯclude: ꝙ ꝛ nos nr̄a ꝓpria vir
tute. i. ꝓprijs nr̄is meritꝫ ꝛ n̄ alienis opor-
tet ascēdere p̄supponēdo sp̄ tāq̄ꝫ p̄ncipale
meritū chr̄i: vt ḡ ascēdere mereamur cū
chr̄o: nūc corda ꝛ desideria sursū erigam⁹
cū chr̄o Iuxta illd̄ Col'. iij. Que sursū sūt q̄
rite: vbi chr̄s ē in dextra dī sedēs ꝛc̄. O q̄ꝫ
miseri q̄ magꝫ corda deorsū figūt q̄ꝫ sursū
erigāt: q̄ ēt pl⁹ ad carnē q̄ꝫ ad sp̄m respi-
ciūt: vt voluptuosi pl⁹ ad mōm q̄ꝫ ad deū
pl⁹ ad terrā q̄ꝫ ad celū: vt auari ꝛ hmōi.
O q̄ꝫ mlt̄i sūt q̄ ō celestib⁹ nec cogitare nec
loq̄ volūt. Nesciūt eñ cogitare: nisi terre-
na. Notate existens in planicie nō pōt bn̄
iudicare de terre q̄ntitate: sꝫ si ad locum

eminentē ascēdat pleni⁹ iudicabit. Jō hō
q̄nto est magꝫ eleuat⁹ a terra: terra sibi ap
paret minoꝛ. Vñ dicūt astrologi ꝙ si pos
set hō ad spherā lune ascendere: terra sibi
appareret q̄si nihil. Spūalit: Hoies ter//
rena diligētes illa iudicāt magna. O inq̄
unt ꝙ̄ magnū est bonū hr̄e diuitias: delici
Rimus ar. An tristicia ⁊ alie passiones fuerint in chr̄o a natura aut a voluntate. Vide feria. iiij. post dn̄icam in passione Et post rn̄sionē dicas. Videte ergo q̄nta sit erga nos dei benignitas Caue ḡ ne sis ingratus o pctōr depone scelera. Amb. su p̄ Bt̄i imaculati. Noli tm̄ amittere bn̄ficium o hō. Propterea chr̄s se dn̄atiōi mortis subdidit vt a iugo dn̄ationis ei⁹ te eriperet Ille suscepit mortis seruiturē vt tibi tribueret eterne vite libtatē Sic ⁊ ꝓpterea fleuit vt nobis eternam concederet ꝯsolationem. Attende o pctōr. Christus p̄ te fleuit ⁊ tu gaudes ip̄m offendendo. O luxuriose q̄ in luxuria gaudes ⁊c̄. Audi o pctōr

illō Bern. Considera vbi es ꝛ igemisce/ qꝛ scꝫ es in magnis ꝑiculis. Et nota ꝙ inter viatoꝝ ꝑicula in itinere graue ꝑiculum est potꝰ carentia. Nam laboꝛ vie calefacit pulmonē. Nobis ǧ viatoꝛibꝫ ꝯtinue calefiunt viscera ꝓpt̄ estū ꝯtinue tentatiōis. Jō nisi aq̄ lachꝛymaꝝ huncardoꝛē refrigeret langueret aīa. sed cū ꝑuenit ad fontē lachꝛymaꝝ refrigerat̄ ꝛ vires resumit. Figura Exo. xvij. Moyses eductis aq̄s de petra oꝛeb ꝛ debellato amalech vēit ad mōtem sinai: vbi locutꝰ est dn̄o facie ad faciē Moꝛalr̄ aliq̄n aū fidelis in hoc itinere lassat̄ sitit ꝑꝑl's anie. s. memoꝛia: intelligētia: ꝛ voluntas. sed percussa petra. i. coꝛde sicco virga timoꝛis dei ꝑ meatus oculoꝝ aq̄ fluit largissima ex q̄ anima ꝯfoꝛtata vincit amalech. i. diabolū: ꝛ ꝑuenit ad celeste regnū. Vn̄ ps. Ascē. in coꝛ. s. dis. i val. lach.

s Ecundꝰ ar. Jn pce. ꝛc. Jn hoc ō secūda q̄ est rō imitande exēplatiōis. Tūc eni fleuit vt nobis daret triplex exēplum notabile.

Primū ē exēplū aspnādi mūdanā gl'iaꝫ

Scōꝫ ē exēplū tempandi hūanā leticiā

Tertiū ē exēplū lamētādi nr̄aꝫ miseriā

Primū igit̄ ꝛc. Tūc em̄ cum a ꝑꝑl'o sibi daret̄ gl'ia flebat vt discant q̄ ad honoꝛes assumunt̄ magis flere de imꝑfectione sua q̄ꝫ gaudere de sublimatiōe. Beda. Quare fleuit chr̄s nisi qꝛ flere homies docuit. Et certe int̄ honoꝛes mundanos plus ē materia flendi q̄ꝫ gaudendi. qm̄ vt ait Hiero. Quid est honoꝛ mundanꝰ nisi spuma: fumus: ꝛ somnus. spuma qꝛ inflat. fumꝰ q̄a excecat. somnus qꝛ cito velut somniū euanescit. Scōm est exemplū ꝛc. Est em̄ sicut vinū vapoꝛosum qd̄ cito inebꝛiat. Sic ꝛ hūana leticia iebꝛiat nisi temperet̄ recoꝛdatione moꝛtis aut futuri iudicij: aut meditatione aduersitatꝫ preterite vel future. Ecci. xj. Jn die bonoꝝ nō sis imemoꝛ maloꝝ. Et Grego. Pn̄tis tpis siq̄ est ita est agenda leticia vt amaritudo diuini iudicij nunq̄ꝫ recedat a memoꝛia. Vide feria. iiij. post dn̄icam infra oct. ascensionis/ de miserabili conditione gaudij mundani ac etiā in multis alijs sermonibꝫ. Tertiū est exemplū ꝛc. vt hō in honoꝛe ꝯstitutꝰ discat hr̄e memoꝛiā moꝛtis: ne ex honoꝛe supbiat. Vn̄ frequenter cū q̄s delectat̄ i mūdanis honoꝛibꝫ aut voluptatibꝫ: moꝛs eiꝰ accelerat̄. Nam ꝛ cū dn̄s honoꝛaret̄ a turbis: ꝑncipes iudeoꝝ de eius moꝛte tractabant. Cum itaq̄ꝫ aliq̄s mūdanis gaudet: semꝑ cogitare dꝫ ꝙ semꝑ tendit ad moꝛtē. Eccs. ij. Dixi in coꝛde meo vadā ꝛ af. de. ꝛ fru. bo. Et vidi q̄ꝫ ꝙ hoc esset vanitas/ risum reputaui erroꝛē: ꝛ gaudio dixi/ quid frustra deciperis. Nā q̄ nunc in honoꝛe floret: cito post in terra putrescet. Jō Ecci. x. Quid supbis terra ꝛ cinis? Quid ǧ ꝑsunt om̄es huiꝰ mundi gl'ie q̄ tam cito recedūt

Exemplū narrat petrus alfonsus/ ꝙ cū tumba Alexandri esset aurea ꝛ in ꝑpatulo multi ph̄i conuenerunt circa eam. Quoꝛū vnus dixit. Heri alexāder ex auro fec̄ thesaurū: nunc econuerso: aurū de eo facit thesaurum. Alius dixit. Heri imperabas toti mundo: hodie moꝛs tibi dn̄atur. Alius dixit: O alexander/ heri tibi non sufficiebat totus mundꝰ: hodie tibi sufficiunt q̄n q̄ꝫ pedes terre. Aliꝰ dixit: Heri habebas comitiuā dn̄oꝛum: pꝛincipum: ꝛ ducū: hodie solus iaces i sepulcro. Alius dixit: Heri omnes vocē tuā timebant: hodie te moꝛtuum nullus timet ꝛ moꝛte deuictꝰ loq̄ nō potes. Alius dixit: Heri tot regna habebas in tua potestate: hodie moꝛs te tenet in sua. Alius dixit: Heri comedebas tot cibaria delicata: hodie factꝰ es ꝑmiū esca. Jō bene dicit̄ Job. xiij. Memoꝛia vestra comparabit̄ cineri: et redigentur in lutum ceruices vestre.

t Ertius articulꝰ. Audistis ꝛc. Notāda sunt certe ista exempla. Et sic dꝛ. lxxxij. di. Plurimos. in fi. Exempla pn̄tia nos cauere ꝑmonent in futurū. Et sicut dꝛ ff. locati. Siquis domum. §. j. Preuidere debet quis quod contingere potest. Et multo foꝛtius qd̄ de cōmuni lege contingit. Audite. Si videritis duos vnū incedentem ꝑ viam asperam: sed per eam venit ad magnas diuitias ꝛ gl'iam: alium ꝑ viam planā ꝛ iocundā: sed incidit tandeꝫ in latrones qui eum spoliauerunt ꝛ occiderunt sicut et contingere solet omnibꝫ ꝑ viam illa incedentibꝫ quem magꝭ seq̄ vel letis? Credo ꝙ pꝛimū. Expone ꝛ applica notando. ꝙ potius debemus eligere flere cum chꝛisto: et tribulationes sustinere q̄ꝫ gaudere cum mundo. Quoniā vt dic̄ ber

nardus sermone de ramis palmarum. Pñs tribulatio est via vite: via glie: via veritatis habitaculi: via regni.

Sermo.iij. pro dñica.x. post Trinitatis.

Vidēs iesus

v

etc. Nemo potest dicere dominus iesus: nisi i spiritusancto. j. Co.xij. Ostendit ibi apostolus q̄ sit necessaria spiritussancti psentia. quia vicz Nemo potest dicere: ore.s. proferendo: et animo tenendo. quod est pprie dicere: dominus iesus: nisi in spiritusancto. In his aūt duobus nominibus: dominus iesus. sūt tria consideranda quorum consideratio in nobis est a spūsancto

Primū est sua diuinitas. dñs

Scdm est sua humanitas. iesus: qd est eius nomen pprium. vt hō est

Tertiū est vnionis sublimitas siue singularitas: dñs iesus.

De primo Apocal.xix. Dominus dominantiū. De secundo Luc.ij. Vocatum est nomen eius iesus. De tertio Joan.j. Verbum caro factum ē. Iste veritates docentur a spūsancto Jo.xvj. Cum venerit spiritussanctus docebit vos oēm veritatem. Videns etc.

p

Rimus articulus. An in chrō fuerit tristicia fm portionem supiorem? Vide feria.v. post dñicam in passione. Post responsionē autem conclude. q cordialiter christus nos dilexit qui in se toto pro nobis tristiciam sustinere voluit. Attende ergo q̄ dulciter eum debeas diligere. j. Joā.iiij In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum: sed qm ipse prior dilexit nos O damnandi pctores qui eum contemnitis: luxuriosi: superbi: auari: qui nō ad christi beneplacitum sed ad ppriam voluptatē attenditis: amatores quidem non dei sed vestri: cum tamen amor sui sit radix omis mali et edificet ciuitatē inferni. Nunc certe euidenter est impletum quod scripserat paulus.ij. Tim.iij. Scito q in nouissimis diebus instabunt tpa periculosa et erunt homies seipos amantes.s. fm carnem Et qm ex illo amore pcedunt omnia mala: ideo sequitur: cupidi: elati: superbi: blasphemi: parentibus non obedientes: ingrati: scelesti: sine affectione: sine pace: criminatores: incontinentes: immites: sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: voluptatū amatores magis q̄ dei. Ex hoc autem amore inordinato sui pcedit peruersus ille amor mundi qui multos seducit. Est enim mūdus non fidelis amicus sed pditor: blanditur quippe pro tpe: sed tandem ad mortē trahit et psequitur. Queadmodū canis blāditur hospiti dū est in mensa: sed mensa leuata vertit ille dorsum: imo latrat contra eum

Figura Job.ij. Dum iob esset in psperitate tres eius amici eū reuerebātur: sz cū sederet in sterqlinio erant illi verbis et opprobrijs onerosi. Spūaliter Miser homo tres habet amicos in prosperitatibus huius vite.s. mundū: diabolum: et ppinquos carnales ac familiares. Sed cum expellitur ab huius vite mensa: a ppinquis et familiaribus spoliatur: a mūdo eijcitur: a diabolo ad supplicium ducitur vbi sedet in tormentis et in sterqlinio fetorum. Isidorus de sūmo bono. Sepe psimulationē amicicia colitur vt q non potuit aperte decipere fraudulenter decipiat. Non est itaq fidelis amicus mūdus neq etiam homo ipe amicus fidel est sibiipsi. Sed fidelis amicus noster ē chrs qui etiam pro nobis fleuit. Ecci.vj. Amico fideli nulla ē compatio.

s

Ecundus ar. In pce. etc. In hoc sermone dicendū de tertia q est rō mēorande compassionis vicz ppter imprudētiā ciuiū hierlm q in mūdanis letābantur nō pcogitantes ruinā sup se venturā. Gregor. Fleuit pius redeptor ruinam pfide ciuitatis quā ipa ciuitas sibi nō cognoscebat eē venturā Vn subditur: dicens. Quia si cognouisses et tu: subaudi fleres. que modo (quia nescis qd imminet) exultas. In euangelio autem pcipue tanguntur tria pctā ppter q venit ruina ciuitatis.

Primū est cordis duricia

Scdm est sua auaricia.

Tertiū est templi irreuerētia.

Primū igitur etc. qz iudei excecati et idurati pdicatiōem xpi ptēpserunt futura n formidā

tes. Ideo dicebat dn̄s. Et q̄dē in hac die
tua.i.in hoc modico tp̱e in q̊ ad volūtatē
tuā facis:assunt tibi ea q̄ ad pacē tibi sūt
non pectoris aut et̃nitatis:sed tp̱is solum
Nunc aūt abscondita sunt ab oculis t.s.ea
q̄ vētura sunt.q꞉.s. veniēt dies in te.i.ꝯtra
te ⁊c̄. Ubi nota ꝙ tp̄s ꝓsp̱itatis h̄ sig̃r no
mine diei singularit̃: ⁊ postea dies aduer
sitatū pluraliter.q꞉ modica fuit ꝓsp̱itas re
spectu aduersitatis. In quo etiā notat̃ ꝙ
modica:imo nulla est ꝓsp̱itas pctoꝝ in p̄/
senti respectu aduersitatis damnatōis et̃/
ne. Job.xx. Gaudiū hypocrite instar pū/
cti. Dicit̃ g̊. Uenient dies tribulationū
in te:⁊ circūdabūt te inimici tui.s.p̄ncipes
romani/vallo.i.circūitu ⁊ cōcatenatura de
lignis ⁊ palis facta:⁊ circūdabūt te sua po
tentia corp̱ali: ⁊ coangustabūt te: vndiq꞉
ꝯcludendo ⁊ ꝓhibēdo introitū ⁊ exitū: vt
nulla sit euasiōis via:⁊ ad terrā ꝓsternent
te:turres ⁊ cuncta edificia ad terrā ꝓster/
nendo ⁊ deijciēdo:⁊ filios tuos.i.habita/
tores tuos aliq̊s occidēdo:aliq̊s captiuā/
do.et nō relinq̄nt in te lapidē sup̱ lapidem
fundit᷒ euertēdo:eo ꝙ nō cognouerīs.i.cog
noscere noluisti ꝓpter duriciā cordis tui:tē
pus visitatiōis tue. Theophil᷒.i.mei ad/
uent᷒. Ueni em̄ visurus ⁊ saluatur᷒ te. qd̄
si cognosceres/ex oib꞉ esses exēpta pericu
lis:sicut oēs q̄ crediderūt in ch̄m euaserūt.
Allegorice. Hec ciuitas est eccl̄ia: que tp̱e
antichr̄i angustiabit̃ ⁊ ꝓsternet̃. q꞉ pauci
audebunt se chr̄ianos ꝯfiteri. Moraliter.
Hec ciuitas est aīa sup̱ quam fleuit dn̄s
q꞉ circūdat̃ ⁊ obruit̃ ab inimicis:quā etiam
(vt ait Greg.)a corp̱e exeūte maligni spi/
ritus obsident. Et sicut ait idē Gre. Qd̄
iuxta historiā dn̄s semel egit:hoc q̊tidie p̱
electos suos in eccl̄ia agit. Plangit em̄ re/
probos q̄ nesciūt cur plangunt̃: sed in ma
lis exultāt ⁊ letant̃:q̄ si dānationē suā que
eis iminet p̄uiderēt:semetipos cū lachry/
mis electoꝝ plāgerēt:q̄ in p̱uersitate sua di
em suā hn̄t h̄ in pace. q꞉ trāsitorio gaudēt
in tp̱e:⁊ nulla venture pene terrent̃ formi
dine. Supplicia aūt seq̄ntia nūc ab eorum
ocul' abscōdita sūt.q꞉ futura q̄ tp̱alē letici/
am p̱turbēt p̄uidere refugiūt. Uñ siq̄ est
pn̄s tp̱is ita ē agēda leticia vt nūq̄ ama/
ritudo seq̄ntis iudicij recedat a memoria.
Ueniēt aūt dies qn̄ ad vltionē ⁊ supplicia
ducent̃. q꞉ nō cognouerūt tp̄s visitatiōis
sue. Peruersam em̄ aīam de᷒ visitat q̊ti/
die.sed sup̱biēs ꝯtēnit. Ideo illis in extre
mo vite inimicis tradit̃/cum q̊b꞉ et̃ne dāna
tiōis societate colligat̃. Uñ valde cogitā/
dū est q̄ntū nob̄ erit terribilis hora nr̄e re/
solutionis:q̄ pauor mentis:q̄nta tūc omniū
maloꝝ memoria: q̄ obliuio trāsacte felici/
tatis:q̄ formido ⁊ ꝯsideratio iudicis. Quid
g̊ eē nob̄ de pn̄tib꞉ ad delectationē debet:
qn̄ simt' cūctis trāseuntib꞉ non valet trāsire
qd̄ iminet/qn̄ ⁊ hoc fundit᷒ finit̃ qd̄ dili/
git̃:et illō incipit̃ vbi dolor nunq̄ finitur.

Scd̄m fuit sua auaricia: quod notat̃ in
euāgelio.q꞉ sicut dr̄ Greg. qui narrauerat
mala vētura/ptin᷒ in tēplū ingressus ē:vt
de illo vendentes ⁊ emētes eijceret: osten
dens ꝙ ruina ꝓp̄li maxime ex culpa sacer
dotū fuit.s.ex auaricia.vñ f̃m glo. Simo/
nia sacerdotū causa fuit destructiōis iude
orū:q̄ etiā ex auaricia sua faciebāt ea vēdi
in templo q̄ ibi offerri poterant. Tertiū
fuit tēpli irreuerentia. In tēplo em̄ irreue
rentiā faciebāt vēdētes ⁊ emētes. Greg.
Euersionē q̊ppe describens: sed vēdentes
et emētes in tēplo feriēs/ in ip̄o effectu sui
op̱is ostēdit:vñ radix p̱dijt p̱ditionis. O
quāte nūc irreuerētie fiūt circa diuina que
p̱culdubio deo sūt abominabiles ⁊ grauit̃
puniēde. Exēplū.ij.Reg.vj. Oza a dn̄o
sup̱ temeritate sua p̱cussus ē ⁊ interfect᷒:
q꞉ nō cū debita reuerētia tetigit arcā dn̄i.
Et.j.Reg.vj.de viris bethsamitib꞉:eo ꝙ
vidissent arcā dn̄i absq꞉ deuotiōe debita:
p̱cussit dn̄s de ꝓp̄lo septuagita viros ⁊ q̄n
q̄gintamilia plebis. vñ dr̄ dn̄s Malach.
j. Si ego dn̄s vbi honor meus:q.d. Nisi
mihi exhibeatis honorē debitum:nō eritis
impuniti. Et Leuit̃.xix. Ego dn̄s:lēges
meas custodite.

T Erti᷒ ar. Aud. ⁊c̄. Cauete g̊ ne sitis
similes iudeis. Nam sicut hr̄.E. de
ep̄is ⁊ clericis.l. Si quenq꞉.in fi. Eq̄le deli/
ctum eq̄lem exigit penam.et quos par fa/
cinus coinq̄nat ⁊ equat:vtrosq꞉ similis pe
na comitet̃. Quod etiā hr̄ extra de senten.
excō.c.quante p̄sumptionis. Audite Nō/
ne multū timere deberent latrones iā in/
carcerati audiētes socios suos iam suspen
sos: Hoc attendite auari:indurati:diuine
legis trāsgressores. Iam iudei socij vestri

sunt in inferno. Timete itaqȝ qm̄ vt dicit Ber. Qui socij sūt i culpis: erūt ꝛ i penis

Sermo.iiij. ꝑ dn̄ica.x. post Trinitatis.

Videns iesus ꝛc. Diuisiōes grāꝝ sunt: idem autē spūs.j.Co.xij. Per hāc sententiā excludit dn̄s supbie occasionē. Si quis em̄ plures hȝ grās: nō a se hȝ sȝ a spiritusctō: cuiꝰ voluntas ē rectissima. Itē nutrit beniuolentie affectionē. qꝛ cū q̄s habet vnā grām: ꝛ alius aliam: hn̄t tn̄ ab vno spiritu in q̄ vniri debent. Itē hortaṫ ad grārūactionē vt vicȝ recognoscamus. qꝛ si q̄d boni est in nob nō a nobis: sȝ a deo ē. De pmo.j.Coꝝ.iiij. Quid habes qd̄ nō accepisti/ si aūt accepisti q̄d gloriarꝭ q̄si nō acceperis. De scd̄o Eph.iij. Accessum habemꝰ ad p̄rem in vno spiritu. De tertio.j. Thes.v. In oib̄ grās agi. Salutatio. Videns ꝛc.

PRimus ar. An chr̄s ex sua pietate velit oīb̄ misereri ꝛ oēs saluare: Vide dominica.iij. post epiph.ser.iij.

SEcundꝰ ar. In p̄ce. ꝛc. Nunc dicēdū de triplici fletu. Primus est indifferens q̄ necȝ est bonꝰ necȝ malus moraliṫ. puta cū q̄s luget ꝑ morte amici. vt Jacob longo tp̄e luxit ꝑ ioseph quē putabat mortuū. vt hr̄ Gen̄.xxxvij. Et dauid ꝑ morte filij sui amnon. vt hr̄.ij.Reg.xiij. Et iste ē luctꝰ naturalis q̄ moderandꝰ est al's possȝ fieri malus. Ecci.xxxviij.c. Modicū plora sup mortuū. Indifferens etiaȝ est luctꝰ quē emittit puer statim natꝰ. De q̄ Sap. vij. Primā vocē emisi silem oib̄ plorans. Aug. Puer natꝰ statim plorat. ꝓpheta calamitatis sue: nondū loquiṫ: ꝛ iā ꝓphetat. Scd̄s est luctꝰ malus. Tertiꝰ v̄o bonus. Omisso aūt pmo Dicendū in h̄ s̄mone de scd̄o q̄ triplex est

Primꝰ ē luctꝰ tp̄alis dānificationis.
Scd̄s est luctꝰ inordinate cōpassiōis.
Tertiꝰ est luctꝰ eternal' dānationis

Primus est ꝛc. qn̄ q̄s imoderate luget ꝑ damno rei tp̄alis. Et hic luctus ꝓuenit ex amore mundi ꝛ cupiditate. Juxta illd̄ grego. Non sine dolore ꝑdiṫ qd̄ cū amore possideṫ. Scd̄s est luctus inordinate compassionis scȝ sup mortuos quē ꝓhibet paulus.j.Thes.iiij. Nolumꝰ vos ignorare de dormientib̄ vt non ꝯtristemī sicꝰ ceteri q̄ spem nō hn̄t. O q̄ȝ multi sunt q̄ anxie flent ꝑ tp̄ali dāno/ ꝛ ꝑ morte amicoꝝ: q̄ ꝑ pc̄tis suis nunq̄ȝ fleuerunt. contra q̄s ait Augꝰ. Sciat se culpabiliter duꝝ q̄ deflet mortē amici: ꝛ dāna rei tp̄alis: ꝛ dolorē pc̄ti non ondit in lachrymis. Tertiꝰ est luctꝰ eternalis dānationis. Apoc.xviij. Quantum glificauerit se ꝛ i delitijs fuit: tātū date illi tormentū ꝛ luctū. Et Matt.xiij. Ibi erit fletus ꝛ stridor dentiū. Sic dic Rich. in iiij.dis.l. Non erit in inferno corpalis fletꝰ inquantū est resolutio corpalium lachrymaꝝ qꝛ talis resolutio ptinet ad corruptibilē statū. Tn̄ erit ibi maximꝰ dolor interior q̄ signabiṫ ꝑ signa in facie ꝛ oculis cū turbatiōe ꝛ motu capitis ꝛ stridore dentiū vultuscȝ tristicia. O q̄nta erit amaritudo in cordib̄ dānatoꝝ q̄ȝta tristicia inṫ tā horribiles demonū ꝛ alioꝝ dānatoꝝ turbas: ꝛ tā horrendi carcerꝭ tenebras. O certe bti q̄ nunc lugēt ꝛc. Vide exēplū dn̄ica. iij. post pasca. ser.iij.

TErtiꝰ arṫ. Aud.ꝛc. Notate itacȝ qm̄ multo meliꝰ ē nūc puo tp̄e lugere q̄ȝ i inferno sine fine. Et voluntaria pn̄ia multo potius est assumēda q̄ȝ expectanda illa tristicia velitis nolitꝭ infligenda. Audite qd̄ dicit lex. In autentico de nup.§.j. Melius est vt aliquis seipm̄ corrigat: q̄ȝ expectet ab alijs corrigi. Et notetis bene qm̄ sicut hr̄ de pe.di.j. Medicina.§. Proximo. Pc̄tā nō dimittunṫ sine pena: quia aut deus punit: aut hō. Quis aūt non potiꝰ eligeret ad mandatū regis se punire leui disciplina q̄ȝ expectare aduentū regis q̄ ꝑpetuis carcerib̄ manciparet. Expone ꝛ applica notando illud Ecci.ij. Si pn̄iam non egerimꝰ: incidemꝰ in manꝰ dei.

Dn̄ica.x. post Trinitatis. Sermo.v.

Vidēs iesus Diuisiōes opationū sunt: idē v̄o deꝰ q̄ opaṫ oīa in oīb̄.j. Coꝝ.xij. Ibi cōmēdaṫ dei potētia: notaṫ

nr̄a indigentia/declarat dei beniuolentia. Propter p̄mū Ecci. iij. Magna potentia dei soli⁹. Propt̄ scd̄m.ij. Co.iij. Nō sum⁹ sufficiētes aliq̄d cogitare ex nob ⁊c̄. Propter tertiū Phil.ij. De⁹ ē q̄ opat̄ in nobis ⁊ velle et perficere.

Uidens ⁊c̄.

p Rimus ar. An in deo sit p̄sonaꝝ acceptio eo ꝙ q̄busdā facit misc̄diā ⁊ n̄ alijs: Uide dn̄ica. ij.post trini.s̄mone.iij.

ſ Ecund⁹ ar. In p̄ce.⁊c̄. In isto dicendū de bono fletu q̄ ad charitatē p̄tinet: vel ad eā disponit. Et iste flet⁹ ē t̄plex.

Prim⁹ est cōpunctionis
Scd̄s est compassiōis.
Tertius ē deuotiōis.

Prim⁹ est cōpunctiōis.ps̄. Lauabo p sin. noc. lec.m.la.⁊c̄. Idē. Fuerūt mihi la.mee pa.⁊c̄. Istd̄ ē lauatoriū in q̄ lauant̄ anie. Sic lota est magd̄. Lu.vij Chry. Nemo ad deū flens accessit q̄ non impetrauit qd̄ postulauit. Sic itaq͡ videm⁹ ꝙ aq̄ vl̄ alio liquore delent̄ lr̄e. sic iste lachryme delent lr̄as mort̄/q̄ em̄ peccat tradit diabolo q̄i chirographū. Itē iste lachryme diabolū cū oī exercitu suo sūmergūt. sic Exo.xiiij. Pharao cū oī exercitu suo sūmersus est i mari rubro.ps̄. Cōtribulasti capita draconū in aq̄s. Greg. Flāmā suggestionū diaboli cito extinguit vnda lachrymaꝝ. Un̄ sic aliq̄s clamaret ad aquā vel ad eā curreret si videret domū suā ardere/sic q̄ videt domū ꝯscie succendi dꝫ currere ad aquam lachrymaꝝ: ⁊ si nō pōt h̄re dꝫ a deo postulare ⁊ d̄ fontib⁹ ei⁹ haurire.s.misc̄die ⁊ vulneꝝ Esa.xij. Haurietis aq̄s de fontib⁹ saluatoris. Scd̄s est luct⁹ cōpassiōis. Job xxx. Flebā q̄ndā sup eo q̄ afflictus erat: et aīa cōpatiebat̄ paupi. Sic lugebat samuel saul.j. Reg.xv. Et tobias.vt h̄r Tob.ij manducauit panē suū i luctu Ro.xij. flere cū flentib⁹. Tali etiā luctu cōpassiōis lugere debem⁹ chr̄i passionē. Non em̄ ē de corpore: q̄ nō dolet cū capite. vt ait Bern̄. Terti⁹ ē luct⁹ deuotionis. Et iste ꝯtingit tripl'r. Aliq̄n ꝓpt̄ pri⁹ ex p̄te diuine dulcedinis absentiā. Sic fleuit magdalena Jo.xx. Aug. Impatiens est amor: nec lachrymis modus fit: nisi amanti det̄ qd̄ amat. Has ḡ lachrymas adducit feruor dilectionis: in secreto orōnis. He lachryme diabolum incendūt: vt astare nō audeat sicut nec musce olle feruenti. Et sic catt⁹ incalidat⁹ intra coq̄nā non audet intrare. Tob.vj. Incenso iecore pisc̄: fugabit̄ demoniū Iecoris adustio ē cordis deuotio q̄ maxie ꝑuenire dꝫ ex recordationis dn̄ice passionis q̄ maxie fugat demoniū. Sꝫ heu multi sunt q̄ non incendūt demoniū sed poti⁹ eum balneāt in imundicijs vicioꝝ cogitādo: ⁊ in eis delectando: in quib⁹ sic faciunt lectum diaboli.q̄r sicut d̄r Job.xl. In loc̄ humentib⁹ dormit vehemoth.s.i cupidis ⁊ luxuriosis. Aliq̄n contigit iste flet⁹ ꝓpter diuine maiestatis iniuriā/p pc̄tā vic̄ Hoc mō tristabat̄ esdras.j. Esdre.ix. Et discipuli videntes dn̄m dehonorari in passiōe quib⁹ p̄dixerat dn̄s. Plorabitis ⁊ flebitis vos. Aliq̄n contingit iste fletus ꝓpter celestis beatitudīs affectiuā mēoriā. Aug. de ciui.dei. Quanto est q̄sq͡ sanctior ⁊ sanct̄ desiderijs plenior: tanto in ei⁹ orōne fletus vberior.ps̄. Heu mihi q̄r incolat⁹ meus p longatus ē. Idem. Sup flumina babylonis illic sedim⁹ ⁊ fleuim⁹: dum recordaremur tui sion. O q̄ dulc̄ ē iste luct⁹ Bern̄. O bone Jesu si ita est dulce flere de te: q̄ dulce erit gaudere de te. Exemplū habemus de bono fletu ⁊ deuoto in btō francisco q̄ tam vbertim flebat. Itē in btō Augustino/⁊ btō Dn̄ico ⁊ multis alijs. Sꝫ heu in multis impedit̄ luct⁹ iste ꝓpt̄ futuroꝝ inconsideratione ⁊ suā imprudentiā. Jō Luc.xix. dicebat dn̄s ciuitati hierl'm. Si cognouisses et tu.s.fleres Jō d̄r Ber. In oīb⁹ opib⁹ tuis mēorare nouissima tua: mortis horrorē: iudicij valde timēdū discrimē: ardent̄ gehenne metū: ab ocul' cordis nullaten⁹ elongari patiar̄. Cogita peregrinatiōis tue miseriā/recogita annos tuos in amaritudine aīe tue/⁊ cogita hūane vite pericula. Et in h'mōi cogitatiōe si p̄seuerraueris dico tibi parū senties. q̄cq̄d videt̄ foris esse molestū dū toto corde circa interiorē molestiā occuparis: sꝫ nec patiet̄ dn̄s sine ꝯsolatione te esse q̄m ip̄e ē pr̄ misericordiaꝝ ⁊ de⁹ toti⁹ ꝯsolationis.

t Erti⁹ ar. Aud̄.⁊c̄ Cauete ne poti⁹ studeat̄ illis sil'es fieri q̄ pauco tp̄e in h̄ mundo letati sunt ⁊ nūc in inferno flent et

flebunt. Sed dicitis. Oẽs q̃runt h̄ gaudere ꝛ letari. Audite q̇d iura dicãt. Non q̇d fiat ſʒ quid fieri debeat ↄſiderandū eſt.xij q.ij. Glia epi. Et de electiõe. Cū cauſã.et. ff.d officio pſidis. Sʒ licet. Nam ſi maioꝛ ps militū regis fuiret eius aduerſario:nõ tñ valeret excuſatio vnius illoꝝ ſi diceret. Fere oẽs ſic faciunt. Expone ꝛc̃. notãdo illud Aug. Non ꝓpterea minꝰ ardebūt q̇ cū multis ardebunt.

Dñica.xj.poſt Trinitatis
Sermo.j.

Mnis qui ſe exaltat humiliabit̃:ꝛ q̇ ſe hũiliat exaltabit̃ Lu.xviij. Tradidi vob̃ in p̄mis qḋ ꝛ accepi/qm̃ chr̃s mortuus ẽ ꝓ pctis no.j.Co.xv. Nihil efficacius ad nos hũiliandos q̃ ↄſideratio hũilitatis chr̃i q̇ ꝓ nr̃is pctis moꝛtuꝰ ẽ. vbi ſunt tria ↄſideranda.

Primū redemptoꝛis dignitas veneranda. Chr̃s

Secundū redemptionis q̃litas mẽorãda. moꝛtuus eſt

Tertiū moꝛtis huiꝰ cauſalitas ponderanda. ꝓ pctis nr̃is. De his tribꝫ.j. Pet. iij. Chr̃s ſemel ꝓ pctis nr̃is moꝛtuꝰ eſt/ iuſtus ꝓ iniuſtis vt nos ꝛc̃.

Omnis ꝛc̃

p Rimꝰ ar. An ſupbia ſit pctm̄ moꝛtale: Q ꝫ nõ. Oẽ pctm̄ moꝛtale ↄ̄riat̃ ꝟtuti/ ſed ſupbia nõ:imo oꝛit̃ ex ꝟtute. qꝛ vt dic̃ Greg.xxxiiij.moꝛ. Aliq̃n hõ ex ſũmis celeſtibꝫq3 ꝟtutibꝫ intumeſcit. Cõtra Greg. in eodẽ lib. dicit. Euidentiſſimũ ſignũ reprobo ꝝ ſupbia ẽ. Rñdet tho.ij.ij.q.clxiij. Supbia ipoꝛtat defectū ſubiectiõis ad deum. Jḋ Ecci.x.d̃r. Initiū ſupbie hoīs eſt apoſtatare a dõ inq̃tū aliq̇s ſe extollit ſup id qḋ ẽ ſibi p̄fixū ſm̄ diuinã regulã vł mẽſurã. Hoc aũt qḋ ẽ nõ ſubdi deo hʒ rõneʒ pcti moꝛtał:idõ ſupbia ſm̄ genꝰ ſuũ ẽ pctm̄ moꝛtale. Sic̃ tñ in alijs q̇ ſunt ex gñe ſuo moꝛtalia ſunt aliq̇ motꝰ veniales ꝓpter eorũ impfectionẽ qꝛ ſcʒ p̄ueniunt rõnis iudicium ꝛ ſunt p̄ter eius conſenſū. Jta ꝛ circa ſupbiam accidit Ad illud aũt qḋ obijcitur dicendū q3 ſuperbia non oꝛit̃ ex ꝟtutibꝫ ſic̃ ex cauſa p̄ ſe ſed ſic̃ ex cauſa p accidens inquantū aliq̇s ex virtutibꝫ occaſiones ſupbie ſumit. Nihil aũt ꝓhibet q̇n vnum ↄ̄riũ ſit alterius cã. vt patꝫ. viij. Eth. Hec tho. Pro fun.p̄mitte qḋ illud eſt marie virtuti ↄ̄rium qḋ deo reuerẽtiã ſubtrahit. cuiuſmodi eſt ſupbia: ad quã etiã rõ naturalis nos oſtendit eſſe obligatos: ꝛ ad quã etiã tã poete q̃ phi inducūt. Virgilius i georgicis. Jn p̄mis venerare deos Et ariſtoreles. viij. ethic̃. Deo nullꝰ reddi pt cõdignus honos. Graue igit̃ ẽ pctm̄ nõ ſubijci deo qḋ ad ſupbiam ptinet. Cū g̃ q̃ritur An ſupbia ꝛc̃. Dic tñ. vt s̃. Ex q̃ concludeqm̄ nõ ſine cã d̃r Ecci.x. Odibilis ẽ cozam deo ꝛ hominibꝫ ſupbia. Nã vt dicit theophilus vbi s̃. Supbia ↄ̄riat̃ diuine dilectioni inq̃ntū.ſ. ſupbus non ſe ſubijcit diuine regule ꝓut debʒ. Et etiam q̇nq3 dilectiõi ꝓximi inq̃ntum inoꝛdinate ſe prefert ꝓrimo aut ab eiꝰ ſubiectione ſe ſubtrahit i q̃ derogat̃ diuine regule. Audite o ſupbi ꝛ rebelles deo atq3 eccleſie ꝛ his q̇bꝫ obedire tenemi. O filij rebelles parentibꝫ:o chriſtiani rebelles eccłiaſticis prelatis ꝛc̃. voſipſos extollitis. Certe tandẽ in infernum dep̄memini Figura Nũeri.xvj. Jn choꝛe dathan ꝛ abiron rebellibꝫ moyſi quos terra abſoꝛbuit Ps̃. Oculos ſupeꝛboꝛum humiliabis.

s Ecundꝰ ar. Jn euangelio p exemplū pharisei ꝛ publicani inſtruimur q̃tū valet humilitas ꝛ q̃ ſit deteſtabilis ſuperbia. vbi ſunt tria diligent̃ ↄſiderãda ꝛ ſepius attendenda.

Primũ ẽ phariſei p̄ſumptio deteſtãda.

Scõm publicani hũiliatio cõmẽdãda.

Tertium eſt vtriuſq3 concluſio memoranda. Jn hoc ſermone dicendū de primo quod tangitur cum dicit̃ Phariſeus ſtãs hec apud ſe oꝛabat. Deꝰ gratias tibi ago quia nõ ſum ꝛc̃. vſq3:que poſſideo. Theophilus. Apud ſe oꝛabat quaſi non apud deum: quia ad ſe redibat per peccatum ſuperbie. Apparet autem ex euangelio ſua p̄ſumptio deteſtanda.

Primo qꝛ ſe iuſtificabat

Scdo qꝛ alios iudicabat.

Tertio qꝛ alijs ſe p̄ferebat.

Primo ꝛc̃. Jactās se de duabꝫ ꝑtibꝫ iusticie q̄ sunt: declinare a malo: ꝛ facere bonū. Vñ dicebat. Nō sum sicut ceteri hoim raptores: iniusti: adulteri. ieiuno bis i sabbato: decias do oim qui possideo. Male q̄ppe icepit vt oñderet se iustū esse. Debuit em̄ incipe ab accusatiōe sui: ꝰm illō Prouer. xviij. Iustꝰ in ꝑncipio accusator ē sui.

Scdo quia alios iudicabat ꝛ accusabat qꝛ dicebat ꝙ ceteri erant raptores ꝛc̃. vlteriꝰ etiā ꝙ nō erat sic̄ ille publicanꝰ. Rho. xiiij. Tu q̇d iudicas frēz tuū: oēs stabimꝰ añ tribunal chr̄i. Heu q̄ꝫ multi sūt aliorꝫ iudicatores q̇ ꝓpria pctā ñ ꝯsiderāt. Ber. Alios despiciūt ꝛ seip̄os deserūt. Tertio qꝛ se alijs ꝑferebat. dicebat em̄. Deus grās ago tibi: nō sū sic̄ cet̄i hoim ꝛc̃. Verū dicebat: sed nō vt itelligebat. Augꝰ. de ꝟbis dñi. Quere in ꝟbis eiꝰ: nihil inuenies qō deū rogauerit. Ascēdit q̇dē orare: noluit deū rogare: sed se laudare ꝛ roganti insultare. Greg. xxiiij. moral. Quattuor sunt spēs q̇bꝫ ois tumor arrogātiū demōstrat̄. Cū bonū: aut a seip̄is se hr̄e existimant. Aut si sibi datū desuꝑ credūt ꝓ suis hoc se accepisse meritꝫ putāt. Aut certe cū iactāt se hr̄e qō nō hñt. Aut despectꝫ ceteris singulariter aꝑpetūt videri hr̄i quod hñt. O q̄ꝫ fugiēda ē suꝑbia q̄ oia bona oꝑa inficit. Exēplū in vitasp̄a. Senex q̇daꝫ dixit. Qñ cogitatio superbie vel vane gl'ie te ipugnat: ꝑscrutare teip̄m: si oia mādata dei seruas: si inimicos diligꝫ: si gaudes in gl'ia inimici ꝛ ꝯtristarꝫ in deiectiōe eiꝰ. Et si nō hēs hoc/tūc seruꝰ inutilis es. Nihil itaqꝫ de te grāde sentias: scias em̄ ꝙ elata cogitatio oia bona dissoluit. Legit̄ aūt de q̄dā ꝟgine q̄ a iuuētute deo seruiuit: quā venientē ad extrema/ ep̄s loci illiꝰ credēs eā scām: ꝑsonal'r visitauit cū sacramentis Et dixit circūstātibꝫ Merito dies ista eēt celebrāda in q̄ ista ꝟgo deuota ē moritura. Illa hec ꝟba audiens: sibijp̄i cōplacuit sic̄ ꝛ solita erat. Et sic obijt. Et ifra spaciū triginta dieꝝ aꝑpuit ep̄o dicens se dānatā ꝓpter sui ip̄siꝰ cōplacentiā ꝛ suꝑbiā quā habuit in extremis. Vñ Ber. Multo meliꝰ est esse pctōrē hūilē q̄ꝫ iustū arrogātē. Qō a dño apte oñdit̄ vbi phariseus ꝛ publicanus in exemplū inducunt̄. Vñ q̇dā. Inq̇nat egregios adiūcta suꝑbia mores.

Tertiꝰ ar. Aud. ꝛc̃. Et certe multum est ꝑicl'osa suꝑbia. Attēdite qm̄ circa maiora maiꝰ ꝑiculū ꝟtit̄. xlij. di. Quiescamus. Et. ff. ď carboniano edicto. l. j. §. Si q̇s. Aia aūt est corꝑe nobilior: ideo magꝫ cauendū est aīe ꝑiculū q̄ꝫ corꝑis. Attēdite inquā. Si sciretꝫ ꝙ oēs q̊tq̊t iuerūt ꝑ viā aliquā ceciderūt in barathrū: nōne talē viam fugeretꝫ: Expone: qm̄ via suꝑbie est ꝑ quā oēs cadūt in infernū. Prouer. xvij. Qui altā facit domū suam q̄rit ruinā.

Sermo. ij. ꝓ dñica. xj post Trinitatꝫ

Omnis qui se ꝛc̃. Ego sum minimꝰ apl'oꝝ q̄ nō sum dignꝰ vocari apl'us: qm̄ ꝑsecutus sum eccl'iam dei. j. Cor. xv. Tria sunt ibi notanda.

Primū apostoli ꝓfunda hūiliatio Ego sum minimus apostoloꝝ.

Scdm hūiliatiōis plenissima exp̄ssio. q̄

Tertiū huiꝰ exp̄ssiōis assignata ratio. qm̄ ꝑsecutꝰ ꝛc̃. (nō sum ꝛc̃.

Propter p̄dicta dicebat. j. Tim. j. Priꝰ fui blasphemꝰ ꝛ ꝑsecutor ꝛ ꝯtumeliosus: sed miscdiam dei ꝯsecutꝰ suꝫ. Et. j. Tim. ij. Pctōꝝ p̄mꝰ ego sum: sed miscdiam consecutus. Salutatio. Omnis ꝛc̃.

Rimꝰ art. An suꝑbia sit grauissimū pctōꝝ: Q, nō. Suꝑbia difficile cauetur. qꝛ sic̄ ďt Augꝰ. Cetera pctā in malis oꝑibꝫ exercent̄ vt fiāt. superbia ꝟo bonis oꝑibꝫ isidiat̄ vt ꝑeant. Cōtra. suꝑ illud p̄s. Suꝑbi inique agebāt vsqꝫq̄qꝫ. ďt glo. Maximū pctm̄ in hoie est suꝑbia. Rñ. Tho. ij. ij. q. clxij. Lꝫ ex ꝑte ꝯuersionis ad bonū cōmutabile q̄ material'r se hꝫ in peccato/ñ habeat suꝑbia maximā grauitatē: eiꝰ tñ est maxia grauitas ex ꝑte auersiōis a bono incōmutabili q̄ est rō formal' ꝛ cōpletiua pcti. Primū ꝓbat̄. qꝛ celsitudo quā appetit suꝑbꝫ iordinate: ꝰm suā rōneꝫ nō hꝫ maximā repugnantiā ad bonū virtutꝫ. Scdm ꝓbatur. qꝛ in alijs pctis hō auertit̄ a deo vl' ꝓpter igrātiā: vl' ꝓpter ifirmitatē siue ꝓpt desideriū alicuiꝰ boni. Sꝫ suꝑbia hꝫ auersionē a deo ex eo ꝙ nō vult deo ꝛ regule eiꝰ subijci. qꝛ. s. aliq̇s vult excellere suꝑ illud qō est sibi p̄fixū ꝰm regu-

lam diuinā. Vñ dt Boeci⁹. Cū oia vicia
fugiāt a deo: sola superbia se opponit deo.
Propter qd etiā specialr dr Jac.iiij. Sup//
bis de⁹ resistit. Ad illud qd obijcit ꝙ su//
pbia difficillime cauet: dicendū. ꝙ hoc nō
est ꝓpter vehemētiā impugnatiōis: sꝫ ꝓpt
ei⁹ latentiā. ideo nō hꝫ maximā grauitatez
anteq̄ꝫ p rōnis iudicium dephēdat. Hec
Tho. Pro fundamēto. Ois supbia a d//
uersus pncipē graui plectēda est punitōe.
Virgili⁹. vj. eneid. Parcere subiectꝫ τ de//
bellare supbos. Et Gal. in alexan. Parce
hūili: facilis orāti: frāge supbū. Et Arist.
x. eth. Jnobediētib⁹ τ rebellib⁹ oportꝫ pe
nas apponere. Sed querit. An supbia τc̄.
Dic rn̄. vt s̄. Post rn̄sionem dicas. Vere
magne grauitatꝫ ē supbia/ q̄ postq̄ꝫ depre
hēdit p rōnem facile euitari posset tam ex
cōsideratiōe ꝓprie infirmitatꝫ q̄ꝫ diuie ma
iestatꝫ. vnde maximā deo infert iniuriam.
Job. xv. Quid tumet ꝯ deum spūs tu⁹:
Audite o supbi τ rebelles τ timete oēs le
gis diuie trāsgressores. Magna em̄ sup//
bia est (dt Hiero.) aduersus dei viuere vo
lūtatē. Auferte itaq̄ꝫ oēm supbiā: qm̄ sup
bia a regͦ celesti excludit. Figura Geñ.
iij. Primi parētes de padiso terrestri p su//
am supbiā fuerūt eiecti. Paradisus aūt il
le terrestrꝫ figura erat padisi celestis. Ps̄.
Hō cum in honore esset nō intellexit: cō//
parat⁹ ē iumētꝫ insipiētib⁹ τc̄.

s Ecūd⁹ ar. Jn pceð. τc̄. Hic dicendū
de scdo/ qd ē: publicani hūiliatio cō
mēdanda: de q̄ dr in euangelio. Et publi//
canus alōge stās nolebat nec ocl'os ad ce//
lū leuare: sed pcu. pec. su. di. De⁹ ꝓpiti⁹ esto
mihi pctōri. Jn quib⁹ tria notant quibus
patet humilitas publicani.

Primū est cōcussio timoris.
Secundū est cōfusio pudoris.
Tertiū est afflictio doloris.

Primū igit τc̄. Erat em̄ alonge stans ꝓpt
timorē/ nō se dignū reputās ꝓpi⁹ accedere.
Aug⁹. Timor dñi ꝯgruit hūilib⁹. et Ecc̄i
j. Radix sapie timere deū. Secūdū est:
cōfusio pudoris. q̄ nec volebat ocl'os in ce
lum leuare p̄ ꝟecūdia pctōꝝ. Ecc̄i. iiij. Est
ꝯfusio adducēs gl'iaz. Sed heu mlt'i eru//
bescūt ꝯfiteri: sed nec peccare nec peccasse
erubescūt corā deo. Bern̄. Pudet ablui et
nō pudet inq̄nari. Tertium est afflictio
doloris. s. amara cordis cōpunctio propter
quā pcutiebat pect⁹ suū/ dicēs p hūilē cō//
fessionē. De⁹ q̄ oia potes ꝓpiti⁹ esto mihi
pctōri. nō attēdas hui⁹ cordis prauitatez:
nihil in me ē vnde tibi placere τ veniā con
seq̄ debeam: nō nisi p miscd'iam tuā saluari
possum. Theoph. Percutiebat pect⁹ suū
cor q̄dāmō pungēs τ excitās: nec alid q̄ꝫ
ꝓpitiationē petebat. Dicebat em̄. De⁹ ꝓ//
piti⁹ esto mihi pctōri. Jn quib⁹ ꝟbis tria
notant que sunt necessaria cuilibet pecca//
tori vt veniam obtineat.

In quibus verbis digna notatu

Primū est recognitio offense maiesta//
(tis.
Scdm̄ est inuocatio di// uine pietatis. Deus. ꝓpitius esto.
Tertiū est confessio ꝓprie iniq̄tatꝫ. mi//
hi pctōri. Aug⁹. Dign⁹ est miscd'ia q̄ spi//
rituali labore q̄rit grām. Exemplꝫ de
scholari q̄ scp̄sit pctā sua in scedula: vt nar
rat Cesari⁹. Vide in ser. de epiph. ser. vj.

t Erti⁹ ar. Aud. τc̄. Multū g vtilis ē
humilis ꝯfessio. Nā vt dt lex Quia.
ff. ꝓ socio. Parcit spōte cōfitenti. Et sicut
hr̄. xj. q. iij. Jniustū. circa fi. Confessio hu
milis in malis melior est q̄ꝫ in bonis sup//
ba gl'iatio. Pone talē casum. Aliq̄s hꝫ du
os filios q̄ τ ambo offēderūt patrē: alt' tn̄
altero graui⁹. veniūt ambo rogaturi ꝓ ve
nia: q̄ min⁹ offendit se iustificat τ laudat τ
seruitiū qd pr̄i fec̄ exprobrat. Qui ꝟo gra
uius/ se hūiliat τ hūiliter miscd'iaz rogat.
Cui poti⁹ parcere debet pater: Certe ei q̄
se humiliat. Expone τc̄. Ps̄. Tu ꝓplm̄ hu
milem saluū facies.

Sermo. iij. ꝓ dñica. xj. post Trinita.

Mnis qui se

o τc̄. Gr̄a dei sum id qd sum. j.
Coꝝ. xv. Hui⁹ snie considera//
tio nos hūiliare debet. Nihil em̄ sum⁹ ni//
si a deo: neq̄ꝫ q̄ntū ad esse nature: neq̄ꝫ q̄n//
tū ad esse gr̄e: neq̄ꝫ q̄ntū ad esse gl'ie. Jdo
Pau. Gal. vj. Qui se existimat aliq̄d esse
cū nihil sit: ip̄e se seducit. Ois τc̄.

p Rim⁹ ar. An supbia sit pctm̄ specia//
le: ꝙ nō. Dicit Prosp li. de vita ꝯtē//
platiua: ꝙ nullū pctm̄ sine supbia aut po//
tuit esse aut poterit. Cōtra. Aug. li. d na
tura τ gr̄a: dt supbiā esse pctm̄ mlt'ū discre

tum ad alijs vicijs. Sen⁹ aūt n̄ distinguit a spēb⁹. Rn̄det Tho. ij. ij. q. clxij. Peccatū supbie dupl'r ɔsiderari pōt. Uno mō ſm ꝓpriā spēm quā h₃ ex rōne ꝓprij subiecti. Et h̄ mō est spēale pctm̄. q₃ h₃ speciale obiectū. Est em̄ amor inordinat⁹ ꝓprie excellētie. Alio modo ſm redūdantia₃ in alia pctā. et sic h₃ q̄ndā generalitatē inq̄ntū ex supbia oriri pn̄t oia pctā. Et hoc duplici rōne. Uno mō p se: inq̄ntu₃ oia pctā ordinant̄ ad finē supbie q̄ est ꝓpria excellētia. Alio mō idirecte ꝛ q̄si p accidēs. s. remouēdo ꝓhibēs: inq̄ntū. s. p supbiā hō cōtēnit diuinā legē p quam ꝓhibet̄ a peccando: ſm illō Hiere. ij. Cōfregisti iugū: rupisti vincula: dixisti/ nō seruiā. Ad illō āt qō obijcit̄ dicendū ꝙ illa autoritas intelligit̄ q̄ntū ad exteriorē effectu₃ supbie q̄ est ɔtēpt⁹ pcepti: nō q̄ntū ad affectū. Nō em̄ sp̄ fit pctm̄ ex ɔtēptu: sed q̄nq₃ ex ignorantia: ꝛ q̄nq₃ ex infirmitate. Hec Tho.

Pro fundamēto. Multū est cauēda supbia. Ad qō multū valet cōsideratio breuitat₃ ꝛ miserie ɔdicionis hui⁹ vite. Alanus de plāctu nature. Calcare si vis colla supbie: pēsa caduce pōdus origis: vite labores: mort₃ apocopā. Sed heu sicut dic̄ Sen̄. ad Lucil. In h̄ oēs fallimur ꝙ mortē nō ꝓspicim⁹: magna ps ei⁹ iā pterijt: q̄cq̄d etat₃ nr̄e retro est: mors tenet. Et ꝓpt̄ defectū talis ɔsideratiōis supbim⁹. Sed q̄rit̄ An supbia ꝛc. Dic rn̄. vt s. Et exinde dicas. Repmat̄ g̃ supbia ꝛ sic repmunt̄ oia mala. q₃ vt dr̄ Ecci. x. Initiū ois peccati supbia. Et Hiero. Quid tā supbum: q̄d ve tā ingratū q̄₃ aduersus eius viuere voluntatē q̄ ideo impat nob̄ vt cām hēat remunerādi. Audite o supbi pctōres: icorrigibiles: luxuriosi: fraudulenti ꝛc. Certe ꝓpter vestrā supbiā ꝛ duriciā tandē est₃ in infernū submergendi. Figura Gen̄. vij. in gigātib⁹ q̄ ꝓpter supbiā in diluuio pierīt Sic oēs supbi pereunt in diluuio inferni. Ps̄. Oculos supboꝝ hūiliabis.

S Ecūdus ar. In pceō. ꝛc. In isto dicendū de tertio: qō est vtriusq₃ ɔclusio memorāda. q₃ vt dr̄ dn̄s. Amē dico vobis: q₃ descēdit hic iustificat⁹ in do. su. ab illo. q₃ ois q̄ se exaltat ꝛc. Ubi ponit dn̄s tres notandas ɔclusiones

Prima est ɔclusio notande compatōis. Scd̄a est ɔclusio hūiliande ꝓsūptiōis. Tertia est ɔclusio exaltāde hūiliatiōis Prima est ꝛc. cū dr̄. Amē dico vobis: descendit. s. de domo dei/ hic. s. publican⁹ iustificat⁹. i. de impio p grām fact⁹ iust⁹: in domū su. ab illo. i. plus q̄₃ ille. vl' ab illo. i. p illo remanēte in fecib⁹ suis. Et merito: q₃ habebat ille iusticiā ꝓsumptā: hic verā Ille apō se iustificabat de opibus: hic ṽo apud deū ex fide ꝛ hūilitate iustificat⁹ est Uñ ſm Aug. enūerationi meritoꝝ pfert̄ ɔfessio peccatoꝝ. Basili⁹ Si tibi est ɔsciā alicui⁹ boni opis/ cela illā: et pctā tua cito pduc in mediū vt deleat ea dn̄s cū ea confessus fuer₃. Nō te iustifices orās ne sicut pharise⁹ ille exeas ɔdēnat⁹. Memēto publicani vt ita sicut ille delictoꝝ tuoꝝ veniam inuenias Scd̄a est ɔclusio hūiliande ꝓsūptionis: cum dr̄. Ois qui se exaltat hūiliabit̄. Judith. vj. De sua ṽtute gloriantes hūilias. Et nota bn̄ qō dicit dn̄s. Ois q̄ se exaltat hūiliabit̄. Ois iquā vniuersaliter sine exceptiōe: q̄ se exaltat supbiendo hūiliabit̄ ꝛ deijciet̄: vel in h̄ seculo p miseriā: vl' i futuro p penā eternā. Tertia est ɔclusio exaltāde hūiliatiōis: cū dic. Et ois q̄ se hūiliat spōte p pniam ꝛ pctōꝝ ɔfessionē exaltabit̄ in glia. Job. xxij. Qui hūiliat⁹ fuerit: erit in glia. Et tn̄ notandū ꝙ triplex est humilitas.

Una viciosa
Alia dolorosa
Et tertia virtuosa.

Prima igit̄ est viciosa. cuiusmodi ē humilitas hypocritaꝝ q̄ fingūt hūilitatē vt ad officia vel bn̄ficia assumant̄: vl' ab homib⁹ honorēt̄. Ecci. xix. Est q̄ se neq̄ter hūiliat et interiora ei⁹ plena sunt dolo. Hec est g̃ humilitas deceptiua. Item viciosa est humilitas platoꝝ q̄ ita sūt molles erga subditos ꝙ ab eis ɔtemnunt̄. Ecci. xiij. Noli esse hūilis in sapia tua ꝛ ne hūiliat⁹ i stulticiā seducar₃. Hec g̃ est hūilitas defectiua. Itē viciosa est humiliatio q̄ q̄s deijcit̄ in pcti vilitatē. Ecci. xiij. Attēde ne seductus in stulticia hūilieris. Hec est g̃ hūilitas defectiua. Scd̄a est hūilitas dolorosa q̄ fit p tribulationē: depssionē: vl' damnationē: ſm quā hūiliant̄ a deo superbi. Ps̄. Tu hūiliasti sic̄ vulneratū supbū ꝛc. Et Baruch. v. Cōstituit dn̄s humiliare

oēm mōtē. Tertia est hūilitas virtuosa q̄ ſm Tho. ij. ij. q. clxv. eſſentialr̄ ↄſiſtit in appetitu ſm q̄ aliq̄s tempat īpetū ani ſui nē inordinate tēdat in magna. habet ṽo regulā in cognitione vt ſe nō exiſtimet hō eē ſupra id qđ eſt. Ex interiori tñ diſpoſitōe hūilitatꝫ ꝓcedūt ſigna q̄dā extiora in verbis: factꝫ: ꝛ geſtibꝫ: q̄bꝫ id qđ interiꝰ latet manifeſtat̄: ſic̄ ꝛ in ceteris ṽtutibꝫ accidit. Ad hāc hūilitatē inuitat nos dñs dicens Mat. xj. Diſcite a me q2 mitꝭ ſum ꝛ hūilis corde. De hac ḡ ſola hūilitate verū ē qđ dicit Oīs q̄ ſe hūiliat exaltabit̄. Notandū aūt q̄ hec ſnīa: oīs q̄ ſe exaltat hūiliabit̄: pluries a dño in euāgelio repetitur vt deꝑmat ſupbiā quā ſup oīa vicia deteſtat̄: ꝛ hūilitatē cōmēdet quā ſepiꝰ laudare dinoſcit̄. Theo. Quia em̄ ſupbia plꝰ q̄ꝫ alie paſſiōes vexat hoim mētes: ideo crebiꝰ de hac monet Chryſ. Simꝰ itaq̄ȝ humiles vt ſimꝰ excelſi. Exēplū de ꝑdictꝭ ex vna parte de lucifero q̄ ꝓpter ſupbiā cecidit. Eſa. xiiij. Quō cecidiſti lucifer q̄ mane oriebarꝭ. Et ex alia de btā ṽgine q̄ ꝓpt ſuā hūilitatē tā gl'ioſe fuit ſublimata. Lu. j. Reſpexit dñs hūilitatē ancille ſue.

t Ertiꝰ art̄. Auđ. ꝛc̄. q̄ꝫ ḡ deſideranda eſt hūilitas. Nā ſicut đr de pe. diſt. j. c. In actiōe. Cor ↄtritū ꝛ hūiliatū deꝰ nū q̄ꝫ ſpnit. Incōueniēs aūt maximū eſt ſi nō hūiliemur. Nā vt đr. l. fi. C. de teſt. Illđ eſt icōueniēs ad qđ ſequit̄ incōueniēs. Ad hoc aūt ſequit̄ incōueniens damnatiōis. Attendite. Nōne poriꝰ eligeretꝭ liberi aīo ꝑ tres gradus deſcēdere ꝛ ī ſecuro eſſe/ q̄ꝫ ab alto in infimū barathꝝ ab alio violent̄ ꝑcipitari vnde nunq̄ꝫ poſſetꝭ extrahi. Expone ꝛ applica notādo illud Ber. Mater ſalutis humilitas.

Dñica. xj. poſt Trinitatꝭ
Sermo. iiij.

O Mnis qui ſe ꝛc̄. Humiliami ſub poteti manu dei vt vos exaltet in tp̄e viſitationis. j. Pet̄. v. Vide ſ. dñica. iij. ſermone primo.

p Rimꝰ art̄. An hūilitas ſit virtꝰ: Q, nō. q̄a nōq̄ꝫ ſonat in viciū. Dicit̄ em̄ Eccī. xix. Eſt q̄ ſe neq̄ter humiliat. Contra. Origenes expōnēs illđ Lu. j. Reſpexit dñs hūilitatē ancille ſue: đt. Prope in ſcꝑturꝭ vna de ṽtutibꝫ hūilitas ꝑdicatur.

Rn̄det Tho. ij. ij. q. clxj. Bonū arduum hꝫ aliq̄d vñ attrahit appetitū. ſ. ipām rōnem boni. et hꝫ aliq̄d retrahēs. ſ. ipſam difficultatem adipiſcēdi. ſm ꝑmū inſurgit motꝰ ſpei. ſm aliud motꝰ deſpatōis. Ideo circa appetitū boni ardui neceſſaria ē duplex virtꝰ. Vna q̄ refrenet animū ne imoderate tendat in excelſa: et hoc pertinet ad virtutē hūilitatꝭ. Alia que firmat animū cōtra deſpatiōnē: et impellit ipm̄ ad pſecutionē magnoꝝ ſm rōnem rectā: et hec ē magnanimitas. Patet ḡ q̄ hūilitas ē virtus. Autoritas aūt ꝓ alia parte inducta loquit̄ de falſa hūilitate ꝛ ficta q̄ ſm Aug. in quadam ep'a eſt q̄dā magna ſuperbia. Hec Tho. Pro fundamēto. Oīs virtꝰ eſt circa aliquid difficile. Ouidius de ponto. Difficile eſt fateor: ſed tendit in ardua virtus. Quod etiā expſſe đt Ariſt. ij. eth. Vbi dicit q̄ difficile eſt attingere mediū virtutꝭ. Cum ḡ querit̄ de humilitate An ſit ꝛc̄. Dic rñ. ꝛc̄. Poſt reſponſionē dicas. Multū ergo nobis eſt neceſſaria humilitas ne inordinate tendamꝰ ad ꝓpriam excellentiā. humilitas quippe ꝑcipue reſpicit ſubiectionē hoīs ad deum: ꝓpter qđ et alijs hūiliādo ſe ſubijcit. Nihil aūt nob̄ ē tānecariū q̄ꝫ đo ſubijci. pſ. Nōne deo ſubiecta erit aīa mea: ab ipo em̄ ſalutare meū. Audite o miſeri pctōres: fornicatores: auari ꝛc̄. nūc nō vultꝭ deo ſubijci. Certe tandē velitꝭ nolitꝭ ſubijciemī ſue iuſticie. Audite q̄d vob̄ dicat Ezech. xxij. In illa die ſcietꝭ q2 ego dñs cū effudero indig̃tiōnē meam ſup vos. Cōſiderate q̄m oīs ad deuꝫ ſupbia ꝛ rebellio in īfernū deijcit. Ecōtra hūilitas eleuat ad gl'iaꝫ. Figura Dañ. iiij. Nabuchođ. ſupbiēs a reḡ eiectꝰ eſt: poſtmodū aūt hūiliatꝰ/ in regnū ē reſtitutus. Expone ꝛc̄. Prouer. xxix. Supbuꝫ ſequit̄ hūilitas: ꝛ humilē ſpū ſuſcipiet gl'ia.

ſ Ecūdꝰ ar. In ꝑceđ. ꝛc̄. In iſto ſer. dicēdū de tribꝫ ↄſideratōibꝫ īductiuis ad deteſtationē ſupbie.

Prima eſt ↄſideratio miſerande nr̄e q̄ (litatis.
Secunda eſt conſideratio deteſtande ſue fallacitatis.

Tertia est ꝯsideratio formidāde diuīe potestatis

Prima igiṫ ⁊c̄. Job.xiiij. Hō nat⁹ de muliere.vi.tpe re.mł.mi. Miseria inquā vilitatis. Ecci.x. Quid supbis terra ⁊ cinis Vn̄ qdā. Cū fex cū lim⁹ cū res vilissima sim⁹. Vn̄ supbim⁹ in terrā terra redim⁹. Item miseria dubietatꝫ. Eccs.ix. Nescit hō vtꝝ amore vel odio dign⁹ sit: ſꝫ oīa nobis ī futuꝝ reseruanṫ incerta. Propterea etiā dicebat Job.ix. Verebar oīa opa mea sciens ꝙ non pceres delinquēti Et Greg.v.mo. Sepe iusticia nr̄a ad examen diuīe iusticie deducta iniusticia est: ⁊ sordet ī ꝯspectu districti iudicis qđ fulget in ocul' opantis. Considera itaqꝫ qm̄ cert⁹ es de cōmissis pctis: sed incert⁹ de venia. Considera vlterius ꝙ si sel' mortal'r peccasti: deū ⁊ oēz creaturā sibi ſuientē offendisti: iō ſm iusticiā: panis te suffocare deberet: aq̄ sūmergere ⁊ ignis incinerare. Et ita de alijs itelligendū est ſm hugo. Et ſm Augu. Pctōr nō est dign⁹ pane q̄ vesciṫ Quid ḡ si centies mortal'r peccasti: Itē est ꝯsiderāda miseria nihileitatꝫ. Gal'.vj. Qui se exis.aliq̄d eē cū nihil sit ipe se seducit. et Esa.xl. Oēs gētes q̄si nō sint sic sunt corā deo: ⁊ q̄si nihil ⁊ inane reputate sunt ei Et sic̄ dt Gre. Oīs creatura in q̄libꝫ instanti in nihilum decideret: nisi man⁹ oīpotētꝫ eā ꝯseruaret in esse. Scđa ē ꝯsideratio sue detestande fallacitatꝫ. fallacissima ei ē supbia q̄ ad h̄ eleuat vt depmat. Aliqn̄ em̄ depmit tpalit' deducēdo ad iopiā p⁹ ꝯsumptionē diuitiaꝝ in vestimentꝫ ⁊ alijs Ecci.xij. Dom⁹ q̄ nimis locuples ē: annullabiṫ superbia. Item cū supbi cupiūt se alijs p̄ferre existimantes p hoc honorē hr̄e plerūqꝫ confusionem inueniunt ⁊ ab alijs despiciunṫ sic̄ ecōtra hūiles honoranṫ. Aliqn̄ etiā deprimit spūaliter q₂ spūalia bona (si que sunt) inficit ⁊ ad multa mala ⁊ vicia ruere facit. Vn̄ quidā. Si tibi grā: si sapia: formaqꝫ deṫ: sola supbia destruit oīa. s. i inferno si comiteṫ. Et Tob.iiij. Supbiā in tuo sensu ⁊ in tuo aīo nunq̄ dn̄ari pmittas. Ab ipa em̄ sumpsit initiū oīs pditio. Qđ ptꝫ in pctō luciferi ⁊ ade. Tandē etiā depmit eternal'r. Vn̄ dr lucifero Esa.xiiij. Detracta est ad inferos supbia tua Tertia est ꝯsideratio formidāde diuīe ptātis q̄ semp supbos deijcit ⁊ hūiliat Ps̄. Deiecisti eos dū alleuarenṫ. et Ecci.x. Sedes ducū supboꝝ destruxit deus. Exēplū in pharaone Exod.xiiij. In Nabuchodonosor Danielis.iiij. balthasar Danielis.v. In amā Hester.vij. In holoferne Judith.xiij. In chore: dathan: ⁊ abyrō Nu.xvj. In antiocho.ij. Mach.ix. In herode Act.xij. Cōsidera igiṫ o supbe oīpotētiā dei cui nihil resistere p̄t Jō iob.xv. Quid tumet ꝯ deū spūs. ⁊ Prouer.xvij. Qui altā facit domū suā q̄rit ruinā.

T Ertius ar. Aud. ⁊c̄. Cauete ḡ ne supbū sathanā imitemi. Si em̄ sathanā imitami non potestis esse in grā chr̄i: imo sathane eritis sociandi in inferno. q₂ vt hr̄ extra de sen. excōica. c. quante p̄sumptiōis Quos par facin⁹ coinq̄nat silis pena comitaṫ. Nec em̄ p̄t amic⁹ eē dei q̄ diabolūꝫ sequiṫ. Nā vt dic̄ lex liberi. ff. d inoffi. test. Qui cū inimicꝫ meis ē: amic⁹ me⁹ nō ē Nō em̄ amicus regis ē: q̄ cū ei⁹ aduersario pugnat ꝯ regem. Expone ⁊ applica: notādo illud Bern̄. Quē seq̄mini miseri quē seq̄mini. Nōne videtꝫ sathanā q̄si fulgur d celo cadentem.

Dn̄ica.xj.post Trinitatis
Sermo.v.

O Mnis qui se ⁊c̄. Discite a me q₂ mitꝫ sum ⁊ hūilis corde ⁊ iuenietꝫ requiēꝫ aīab₃ vr̄is Mat.xj. Notabil' lectio nobis ē a dn̄o ꝓposita vbi sūt tria ꝯsiderāda

Primū docētꝫ benignitas Disci. a me/ q̄ sū de⁹ vr̄ i forma hūana vob loq̄ns.

Scđm ē doctrie ṽitas. q₂ mi. sū ⁊ hu. c.

Tertiū ē discētꝫ vtilitas/ ⁊ iue.re.a.ve. De pmo Heb.j. Multifarie mł'tisqꝫ modis olim de⁹ ⁊c̄. nouissime dieb₃ istꝫ locutus est nobis in filio. De scđo Jo.xiij. Exēplū dedi vob vt quēadmodū ⁊c̄. De tertio Aug. Inq̄etū est cor nr̄m donec requiescat in te. qđ esse non p̄t sine māsuetudine ⁊ humilitate. Omnis ⁊c̄.

P Rim⁹ arti. An hūilitas sit potissima ṽtutum: Q, sic Humilitati debetur maximū p̄miū: q₂ qui se hūiliat exaltabiṫ.

Cōtra. Charitas p̄fert oībꝫ ꝟtutibꝫ: iu/
xta illō Col. iij. Sup̱ oīa charitatē hēte.
Rñdet Tho. ij. ij. q. clxij. Bonū hūa/
ne ꝟtutꝭ in ordine rōnis ꝯsistit q̄ quidē at
tēdit̄ pncipalr̄ respectu finis. Un̄ ꝟtutes
theologice (q̄ deū hn̄t ꝓ obiecto vltimū fi/
nē) sunt potissime. Secūdario aūt attēdit̄
ꝓut ꝭm rōnez finis ordinant̄ ea q̄ sūt ad fi
nē. Et hec q̇dem ordinatio eēntialr̄ ꝯsistit
in ipa rōne ordināte: participatiue āt i ap/
petitu p̱ rōnem ordinato: quā q̇dē ordina
tionē vniuersaliter facit iusticia p̄sertiz le
galis. Ordinatōi aūt facit hoiez bn̄ subie
ctū hūilitas vniuersalr̄ q̄tū ad oia. Que/
libet aūt alia ꝟtus q̄ntū ad aliquā spēalez
matiaz. Et iō pꝰ ꝟtutes theologicas ꝛ itel
lectuales ꝟtutes q̄ respiciūt ipam rōnem:
et pꝰ iusticiā p̄sertim legalē / potior ē ceterꝭ
hūilitas. Ipi āt hūilitati ꝓmittit̄ spēal' ex/
altatio: nō ꝙ ipa sola eā mereat̄ sꝫ q2 eiꝰ ē
ꝓpriū ꝯtēnere sublimitatē trenā. Hec tho.
Pro fūō. Ois virtꝰ ꝓpriā hꝫ excellentiā
Ouid. de arte. Est nulla nisi ardua virtꝰ.
Et Arist. j. eth. Ois virtꝰ ē laudabilis: sꝫ
tn̄ altera magꝭ. Querit̄ ḡ An hūilitas ꝛc̄.
Dic rn̄. vt s. Post rn̄. dicas. Multū cer/
te laudāda ē hūilitas p̱ quā in celū ascen/
dit̄ / vnō p̱ supbiā diabolꝰ descēdit: ꝛ p̱ quā
etiā ad nos ꝛ i nos dn̄s descēdere dignat̄
Augꝰ. Uidete frēs magnū miraculū. Al
tus est deꝰ: eleuas te ꝛ fugit a te: hūilias
te ꝛ venit ad te. Attēdite o pctōres supbi
et rebelles deo ꝛc̄. Principiū certe exalta/
tiōis / hūilitas est. Figura. j. Re. ix. ꝛ. x.
Saul q̄rēs asinas: in regnū est exaltatꝰ: q̊
supbiēte est a deo deiectꝰ. Dauid pascēs
oues pr̄is sui: i regē est inūctꝰ. j. Re. xvj.
Expone ꝛc̄. Ps. Excelsus dn̄s et humi/
lia respicit.

S Ecūdꝰ ar. In p̄ce. ꝛc̄. Nūc dicēdū de
iductiuis ad hūilitatē q̄ sunt duo p̄ci
pua. Primū est miseria deplorāde fragi/
litatꝭ. Scōm est efficacia desiderāde vti
litatꝭ. In h̄ ser. dicendum de pmo. Ubi ē
consideranda triplex nostri miseria
Prima est miseria corpalis vilitatꝭ.
Scōa est miseria spūalis q̄litatꝭ.
Tertia est miseria totalis hūanitatis.
Prima est corpalis vilitatꝭ q̄ paret ex ma/
teria pōris formatiōis: ex materia interio
ris repletiōis: et ex matia vlterioris reso/
lutiōis. Ex vili em̄ materia corpus hois
est formatū plenū oi feditate: ꝛ tādē in pu
tredinē resoluet̄ ꝛ efficiet̄ ꝟmiū esca. Unō
in tobiade. Sperma pus: nūc saccꝰ olens:
post ꝟmibꝫ esca In tumulo: ꝓ q̄ dote sup/
bit hō. Et Job. xxv. Hō putredo ꝛ filiꝰ
hois ꝟmis. Scōa est miseria spūal' q̄li
tatis. Tū ꝓpter deficiendi ꝓnitatē. Nam
ad sibilū vēti plerūqꝫ recidiuamꝰ. Fragile
q̇dē est vitrū qō casu frangit̄. fragilior te/
la aranee q̄ flatu rūpit̄. sed fragilissimꝰ hō
q̇ solo visu interimit̄. Gen̄. viij. Proni sunt
sensus hois in malū ab adolescētia. Tum
ꝓpter ꝓficiēdi tarditatē. In cuiꝰ figura fi/
lij isrl' in spacio q̄draginta annoꝝ vix q̇nqꝫ
dietas in deserto p̱fecerūt: in vltimo anno
viciniores existētes adhuc terre egypti q̄ꝫ
terre ꝓmissiōis. vt patet in li. Nūe. Iō dr
Job. vij. Factꝰ sū mihimetipsi ḡuis. s. ad
bonū op̱andū. Tum ꝓpter statꝰ dubietatē
Greg. Cuncta de meritꝭ nr̄is in futuꝝ ser
uant̄ incerta vt certā vitā teneamꝰ hūilita
tē. Et Grego. xxv. mora. Sepe ꝯtingit vt
q̇ vident̄ stare hūano iudicio: iā in conspe/
ctu diuini iudicij iaceant. Et q̇ h̄ corā hoi/
bus iacēt: iā in cōspectu diuini iudicij stēt.
Et exemplificat de iuda ꝛ eiꝰ apostolatu,
et de latrone euāgelico in cruce. Et addu/
cit illō Apoca. iij. Tene qō habes: vt ne/
mo accipiat coronā tuā. Et. j. Cor. x. Qui
se existimat stare videat ne cadat. Ter/
tia est miseria totalis humanitatis: q̄ scꝫ
spectat ad totū hoiem ex aīa ꝛ corpe cō/
positum. Cuiꝰ ingressus in mundū est fle/
bilis ꝛ dolorosus: p̱gressus debilis ꝛ labo
riosus: egressus horribilis et timorosus.
Augꝰ. de spū ꝛ aīa. Lugētes in hūc mū
dū intramꝰ: cum labore viuimus: cū timo
re exituri sumus. Sed parum est hmōi co
gitare p̱ intellectū nisi ꝛ moueant affectuz
ad ꝯtēptū nr̄i. He supradicte miserie attē/
te considerate / dant homī cognitionez sui.
De qua Bern̄. Scio neminē absqꝫ cogni
tione sui saluari: de qua nimiꝝ mater salu
tis humilitas orit̄. Exempluz de abraā
Gen̄. xviij. dicente. Loquar ad dn̄m meū
cum sim puluis ꝛ cinis. Itē in moyse q̇ re/
cusauit ꝓpli ducatū Exo. iiij. quousqꝫ vicz
intellexit dn̄m iratum. Item in Dauid. j.
Reg. xxiiij. qui dicebat. Quē p̱seq̄rꝭ: canē
mortuū ꝛ pulicē vnū. Item de Ioāne ba/

ptista q̇ dicebat. Nō sū dign⁹ soluere cor/
rigiā calciamēti ꝛc̄. Ecōtra angeli mali p/
pter defectū cognitiōis.i. ꝯsideratiōis sui
ipsoꝝ supbierūt. Hugo li. de aīa. Supbia
e celo nata est: sed velut immemor q̄ via in/
de ceciderit: illuc postea redire nō potuit.

t Erti⁹ art. Aud. ꝛc̄. Cauete ḡ a negli
gentia ꝯsiderādi ꝓprias miserias: ne
in ruinā incidatis. Dicit. l. ff. Locati. l. Si
q̇s domū. §. j. Preuidere debet q̇s qd cō/
tingere pōt. Et. xxij. di. In noīe. circa pn/
cipiū. Precauēdū est futurꝫ picl'is. Caue/
te ne sitꝫ silēs hoi q̇ in cacumie mōtꝫ exi/
stens nocte tenebrosa/pedem figere putās
sup solidū/subito corruit. Expone ꝛ nota
ꝙ secuꝝ ē incedere p terrā infimā. Grego.
Sola est hūilitas q̄ cadere nō potest.

Sermo.vj.pro dñica.xj.post Trinit.

Omnis qui se

o ꝛc̄. Quāto magn⁹ es/humilia
te in oibꝫ: et corā deo inuenies
grām. Eccl. iij. Tria sunt ibi notanda.
Primū hūiliationis ꝟitas. quanto ma
gnus es humilia te.
Secūdū hūiliatiōis generalitas. in oi/
Tertiū hūiliatiōis vtilitas. Et (bus.
coram deo inuenies grām.

De pmo Rom. xij. Nō alta sapiētes: sꝫ
humilibꝫ cōsentiētes. De scdo. j. Pet. ij.
Subiecti estote oi hūane creature ꝓpt de/
um. De tertio Jac. iiij. Humilibus dat
grām. Salutatio. Omnis ꝛc̄.

p Rim⁹ ar. An hō debeat se oibꝫ p hu
militatē subijcere: Ꝙ, nō. Hūilitas
pcipue ꝯsistit in subiectiōe hois ad deum.
sed illud qd debeṫ deo nō est hoi exhiben
dū. Patet in oibꝫ latrie actibus. Contra
Phil. ij. In hūilitate supiores inuicē arbi
trātes. Rndet Tho. ij. ij. q. clxij. In ho
mine duo pnt ꝯsiderari. s. Id qd dei est. et
id qd est hois. Hois autē est q̇cq̇d ptinet
ad defectū. sed dei est q̇cq̇d ad pfectiōez p/
tinet ad salutē: fm illud Osee. xij. Perdi/
tio tua ex te israel: ex me tm̄ auxiliū tuum
Igiṫ q̇libet hō fm id qd suū est debet se
cuilibet alij subijcere q̄ntū ad id qd dei est
in ipo. Non aūt h reqrit hūilitas vt aliq̇s
qd dei est in seipso subijciat ei qd apparet
esse dei in altero. Nam illi q̇ dona dei par/
ticipant: cognoscūt ea se hr̄e a deo: fm illd
j. Cor. ij. Ut sciam⁹ q̄ a deo donata sunt
nob. Nec etiaꝫ reqrit hūilitas vt aliq̇s id
qd est suū in seipso subijciat ei qd ē homis
in pxio. Alioqn oporteret vt q̇libet repu/
taret se magꝫ pctōrem quolibet alio: cū tn̄
apl's absq; piudicio hūilitatꝫ dicat Gal.
ij. Nos natura iudei ꝛ n̄ ex gētibꝫ peccato
res. Potest tn̄ aliq̇s reputare aliq̇d boni
esse in pxio qd ipe nō habet: vl' aliq̇d ma/
li in se esse qd in alio nō est ex q̊ pōt ei sub/
ijcere se p hūilitatē. Ad illud aūt qd obij
ciṫ dicendū ꝙ nō solū debem⁹ revereri deū
in seipo: sed etiā id quod est dī revereri de
bem⁹ in q̇libet: lꝫ nō eodē modo reuerētie
quo reueremur deū. Hec Tho. Pro fū
damēto. Null⁹ si bn̄ ꝯsideret se alijs pfer/
re debet: sed subijcere: cum oia in h mūdo
sint variabilia ꝛ incerta p futuro. Galt. in
alexā. Proh glīa fallax impij. Proh q̄nta
patent ludibria sortꝫ hūane. Idē. Parcite
mortales anios extollere fastu. Collatis
opibꝫ aspnariq; minores. Parcite victo/
res: igrati viuere sūmo Victori vires sce
ptrū diadema triūphos Diuitias dare q̇
potuit auferre valebit. Et Claudianus.
Aspiciat ne quis nimium sublata secūdis
Colla gerat. Nam sic dr̄ Sene. ad Lucil.
Dari bonū qd potuit auferri potest. Ne/
mo ḡ in q̄licunq; statu supbire sed magis
hūiliari dꝫ. Sed q̄riṫ An p hūilitatē ꝛc̄.
Dic rn̄. vt s̄. Tandē dicas. Vera igiṫ est
hūilitas cū aliq̇s se reputat indigniorem:
minorē: ꝛ viliorē oibꝫ: ꝛ talis vult ab alijs
reputari. Bern. Hūilitas virtus est q̄ hō
vera sui cognitiōe sibi vilescit. Idē. Vere
humilis vult vilis reputari: nec hūilis p̄/
dicari. Attendite o pctōres miseri qui cū
sitis mali vultis boni reputari ꝛc̄. Quid
tandem ex vestra reportabitis superbia:
Certe ꝯfusionem importabilē. Figura
Gen. xj. in filijs filiorum noe volentibus
edificare turrim que ad celos pertingeret
qui tandem ꝯfusi sunt. Expone. Omnis
supbia sigṫur p turriꝫ babylonis: qm̄ oēs
supbi tandem ꝯfusionē inueniūt. Ps. Cō
fusi sunt: qm̄ deus spreuit eos.

s Ecūdus articulus. In pced. ꝛc̄. In
hoc sermone dicendū de secūdo: qd
est efficacia desiderande vtilitatis. Est au

tem notāda p̄cipue triplex hūilitatis vti//
Prima est vtilitas gratiose (litas.
euasionis.
Secunda est vtilitas ꝟtuose ꝑfectiōis.
Tertia est vtilitas glīose exaltatōis
Prima est ꝛc. Per humilitatē em̄ euadit
hō diabolicam tentationē. Aug.in glo.su
per.vij.ca.Rom̄. Nemo pōt vincere spiri
tuales neq̄tias nisi armis hūilitatꝭ. Esto
humilis ꝛ non p̄sumens de te: ꝛ tūc pote//
ris vincere. Vide paruū Dauid ꝯtra in//
gentem goliam non in ꝓprijs viribꝫ:sed in
dei nomie p̄sumētē. Sicut em̄ dꝛ Eccī.iij.
A solis humilibꝫ honorat̄ deus: et iō pu//
gnat pro eis. Humilis q̄ppe in imo se po//
nit:ideo nō habet vbi cadat. Greg. Sola
hūilitas cadere nō potest. Itē per hūili//
tatem euadit homo iram dei. Vn̄.ij. Pa//
ral.xxxij. Humiliatꝰ est Ezechias: ꝛ ideo
nō venit ira dei sup eum. Et.iij.Reg.xxj.
de Achab rege pessimo dicit dn̄s ad He
liam. Nunq̇d vidisti achab hūiliatū coꝛā
me:quia igit̄ humiliatꝰ est mei causa: nō
inducam malum in diebꝫ eius. Est etiam
exemplū de niniuitis Jone iij. Sic etiam
quotiescunq̄ flagellabant̄ filij isrl̄: ipsꝭ hu
miliatis parcebat deus. Sicut patet in li
bris Judicū: Regū: Judith: Hester: et
Machab. Ps. Humiliatꝰ sum ꝛ libera//
uit me. Itē ꝑ humilitatē euadit hō hoīs
indignationē. emollit em̄ hūilitas duram
homis supbiam. Vnd̄ Gen̄.xxxij. Jacob
humiliādo se coꝛam esau/compescuit irā
eius. Et Judic.viij. Gedeon sua humili
respōsione sedauit viros effraim iurgan//
tes foꝛtiter cōtra eum. Scd̄a est vtili//
tas virtuose ꝑfectionis. Ibi em̄ fundamē
tum debet esse hūilitas. Aug. d̄ ꝟbis dn̄i.
Cogitas magnā fabricā ꝯstruere celsitu//
dinis: prius cogita de fundamēto hūilita
tis. Vbi nota ſm Tho.ij.ij.q.clxj. ꝙ hu//
militas dꝛ fundamentū spūalis edificij ꝑ
modū remouentis ꝓhibens inquātum.s.
supbiā expellit cui deus resistit ꝛ facit ho//
minē subditū ꝛ patulum ad recipiendum
influxum diuine gratie. Fides aūt dicit̄ p̄//
mū fundamentū per qd̄ iam ad deum acce
dit̄. Juxta illud Hebꝛe.xj. Accedentē ad
deū opoꝛtet credere. Est itaq̄ humilitas
p̄mū fundamentū disponens ad diuinoꝝ
cognitionē ꝛ amoꝛē. Richar. de sctō vict̄.
Ipa humilitas sola est que mentē diuino
accendit lumine: celesti q̄ꝫ desiderio inflā//
mat et amoꝛe. Vnde Grego.xxij.moꝛal̄.
Obstaculū veritatꝭ tumoꝛ est mentꝭ. quia
dum inflat obnubilat. q̇d (vt ostendit tho.
ij.ij.q. clxij.) intelligendū est quo ad cog//
nitionē veritatis affectiuā. quia dum sup//
bi in ꝓpꝛia excellentia delectant̄: veritatis
excellentiā fastidiunt. Hinc dicit Grego.
xxxiij.moꝛal̄. Supbi et secreta quedā in//
telligenda ꝑcipiunt: ꝛ eoꝛū dulcedinē ex//
periri non possunt. etsi nouerint quō sunt:
ignoꝛant quō sapiunt. Ideo Pꝛouerb.xj.
Vbi humilitas: ibi sapientia: que scꝫ no//
minat gustum expimentalē spūalis agni//
tionis. Item humilitas est causa virtuo//
se ꝑfectionis q̄ntum ad virtutū augmen//
tationē. quia quanto hūilioꝛ est aliq̇s. tā//
to est spūalium bonoꝝ capacioꝛ. Augꝰ. su
per illo verbo Lu.x. Sedebat Maria se//
cus pedes dn̄i ꝛc. Quāto humilisꝰ sedebat
tanto amplius capiebat. quia sicut ipe ali
bi dicit: fluunt aque de tumoꝛibꝫ montiū
ad infima valliū. Itē est causa ꝟtuose ꝑfe//
ctionis q̄ntum ad cōsūmationē. Dicit em̄
Augꝰ. ꝙ humilitas est ceteraꝝ virtutum
cōseruatrix in eo ꝙ ipsa est ꝓpꝛie ꝑseueran
tie coadiutrix. Et idō dicit Greg. Qui ce
teras ꝟtutes sine humilitate cōgregat q̄si
qui puluerē ad ventum poꝛtat. Secun//
da est vtilitas gloꝛiose exaltationis. Am//
bꝛo. super Beati imaculati. Quanto q̇s
est abiectioꝛ in hoc seculo: tāto magꝭ exal//
tabitur in futuro. Nam per quot gradus
humilitatis h̄ quis descendit: per tot gra//
dus exaltabit̄ in celo. Idō etiā dicit Gre
go. ꝙ euidentissimū signū repꝛoboꝝ est su
perbia: electoꝛum ꝟo humilitas. Et Au//
gust. in ep̄la. Quem supbum esse videris:
filium esse diaboli non dubites. Itē super
psal. Supbia angelū fecit diabolū: humi//
litas hominē deum. Exēplū humilitatꝭ
habemus in oibus electis dei: qui omnes
per humilitatē deo placuerunt specialiter
in beata ꝟgine m̄re que cum m̄r dei elige//
ret̄: ancillā se nomiauit. Luc.j. Pꝛecipuū
aūt exemplū est in chꝛisto qui matrē hūi//
lem elegit in conceptione: humilē domū
in natiuitate: hūilē lectum: vt patet Lu.ij

Qui etiā voluit subdi hominib9 ptz etiā3 Lu.ij. Qui discipulo℞ pedes lauit. Joan. xiij. Qui humiles piscatores sibi sociauit Mat.iiij. Qui in passione hūiliauit se vsqꝫ ad mortē crucis factus obediens. vt hꝫ Phil.ij. vbi glosa. Ecce habes hūilitatis exēplū supbie medicamentū. Quid ḡ intumescis o hō: pellis morticina qd inflaris. Et Bern. Intolerabilis impudētie res ē: vt vbi se exinaniuit maiestas inflet vermiculus vilis ↄ intumescat.

t Ertius ar. Aud. ↄc. Cauete ḡ ne per supbiā p hūiliatiōis defectū tot ↄ tāta bona amittatꝫ. Dicit regl'a iurꝫ. Dānū qd quis sua culpa sentit sibi nō alteri deb3 imputare. ff. de reg. iu. l. Qd qs. Vñ damnū subtractōis diuine grē nō dꝫ qs ipu tare diuine seueritati sed sue negligētie. vt hꝫ. xj. q. iij. Audi. Videte ne sitꝫ siles cuidā indigenti gr̄a regis. volenti qdem palatiū intrare sed nolenti de eq̄ descendere ꝓpter qd arcet ab ingressu. Expone ↄ applica: notādo illud Mat. xviij. Amen dico vobis: nisi conuersi fue. ↄ effi. sic par. nō intrabitis in reg. celo℞.

Alij s̄mones ꝓ eadē d̄nica.

G Ratia dei sū

id qd sum. j. Co℞. xv. Sufficit tibi gr̄a mea. ij. Co℞. xij. Propt tria sufficere dꝫ nobis gr̄a.

Prīo rōne diuine inhabitatiōis
Scdo rōne diuie filiatiōis
Tertio rōne eterne saluatiōis.

Hec em̄ tria facit gratia dei. De primo Aug. Quib9 meritꝫ nisi p gr̄az dei meruimus fieri tēplū dei. De scdo Gal. iiij. Gr̄a filij dei estꝫ. De tertio Ro. vj. Gr̄a dei vita eterna. Gr̄a ↄc.

p Rim9 ar. An absqꝫ gr̄a sp̄ūsscti possit aliquis a culpa resurgere: Oꝫ sic. In pctō mortali exñs p̄t velle iusticiā. sꝫ nihil aliō ē eē iustū q̄ velle iusticiā: qꝛ iusticia ē rectitudo volūtatꝫ. Cōtra Ro. iij. Justificati gratꝫ p gr̄az ipi9. Rñdet Rich. i. ij. di. xxviij. Oꝫ ñ Cui9 rō ē resurgere a pctō est ad ea restitui q̄ homo amiserat p pctm̄ Per pctm̄ āt mortale tria amittit. s. q̄dā3 sp̄ūalē diui lumīs silr̄itudinē Propt cuius amissionē aīa peccatrix dꝛ tenebra. Unde Aug. iiij. d tri. Tenebre sūt stulte mētes hominū p̄ua cupiditate atqꝫ ifidelitate cecate. Itē amittit habilitatē ad gr̄az Vñ augu. i ench. Alio℞ q̄cūqꝫ sūt vicia naturaliū sūt ꝓuatiões bono℞. s. ꝓpt diminutionē habilitatꝫ natural' ad bonū. Itē amittit idoneitatē ad vitā eternā icurrēdo obligatiōnē ad penā ꝑpetuā. Ad nullū aūt p̄dicto℞ restitui p̄t nisi p gr̄am. qꝛ gr̄a ē q̄dā sp̄ūal' silr̄itudo diuini lumis. Per eā ēt trahit ad deū volūtas hoīs sine q̄ tractu ñ restituit habilitas ad bonū. Per ipā3 etiā tollit di offēsa ↄ ex ↄñti obligatio ad penā eternā/ ↄ reddit hō dign9 etna vita Hec Rich. Ad illō aūt qd obijcit dicēdū f̄m Bon. q' pōt velle exiliter ↄ semiplene queadmodū dꝛ. Vult ↄ nō vult piger sꝫ nō plene ↄ sufficiēter: sic dt apl's Phil. ij. De9 opat i nobis ↄ velle ↄ pficere. Hec Bon. Pro fun. Notādū q' phi dixerūt q' iust9 p solā actuum exercitationē effici p̄t iust9. ↄ h plane dicit Arist. ij. Eth. Est tñ ibi aliq̄ñ difficultas maxia ꝓpt lōgā ↄtinuationē i opib9 mal' rōne cui9 reddit vuln9 pcti q̄si isanabile. Ad qd aptari p̄t illō ouidij. in lib. d remedio amo℞. Vidi ego qd fuerat p̄mū sanabile vuln9 dilatū lōge dāna tulisse more Que rit ḡ an possit pctōꝛ iustificari absqꝫ gr̄a vt videnꝫ dicere phi. Dic rñ. vt s. Ex q̄ ↄclu de q̄ misera ē pctō℞ ↄditio ↄ q̄ damnosa. Heu miseri pctōres ñ aduertūt auari: for nicatores ↄc. ps. Nescierūt neqꝫ itel. in tenebris am. Notate. Exñs i tenebrꝫ ñ pcipit ea q̄ in tenebrꝫ sūt iō p̄t iterdū eē int s̄pentes ↄ v̄mes venenosos aut i fetidis imūdicijs vl' etiā iuxta pcipitiū aut i alijs piculis mltꝫ ↄ nihil ho℞ cogñscere sꝫ q̄ñ subito lux apparet vidēs se fuisse i tantꝫ picul' pauet ↄc. Sp̄ūalr̄ pctōꝛ a q̄ exclusa ē lux grē videre nō potest q̄liter serpentes infernales iuxta eum morant ↄc. sed dño infundēte lumen gratie tunc cognoscit ↄc. Figura Actuum. xij. petro vincto catenis: lumē refulsit in habitaculo carceris et ceciderūt catene de manib9 eius ↄc. Vide ibi. Spiritualiter peccatoꝛ ligatur catenis in tenebris ↄ expectat vt trāseat p̄ñtis vite pasca et sic miser ꝓducatur populo infernali ↄc.

sed benignitas diuia lucē grē infundit cor
di p quā pterit̃ ꝛ ꝯfitet̃: ꝛ sic cadūt catene
ꝛc. Et tūc cogitās ꝑcedētia ꝑicula dixit:
Nūc scio vere qꝛ misit dñs angelū suū ꝛc.
Aug⁹. in solil. Cōuersus sum inqt ꝛ vidi
tenebras in qbus fuerā: ꝛ abyssum in q̄ ia-
cuerā: ꝛ dixi. Ue ve tenebris meis in qb⁹
iacui: ve cecitati in q̄ lumē celi videre non
poterā: ve pterite ignorātie in q̄ nō cogno
scebā te domine.

S Ecūd⁹ arti. Cōsideratio illi⁹ aplice
ꝓpositiōis Grā dī sum id qđ sum: ad
duo nos inuitat: vicz ad nr̃i humiliationē
virtuosam: qꝛ vicz ex nobis nihil sum⁹. et
ad dei recognitionē affectuosam. In hoc
sermōe dicendū ē ꝑmo: ad qđ applica te-
xtū euāgelij iuxta diuisionē supius positā:
et deductā in trib⁹ ꝑmis sermonib⁹ huius
dñice: sed abbreuia vt videbis. Et accipe
ꝓ tertio articlo illđ qđ ponit̃ in tertio su-
pradicto sermone.

Alius sermo ꝓ dñica. xj. post trinitatē.

G Ratia dei sū ꝛc. Grā dei saluati estꝭ. Eph. ij.
Hui⁹ veritatis ꝯsideratō nos in-
ducere debet ad tria.
Primo ad diuinā dilectionē
Scđo ad grarum actionē.
Tertio ad obedientialē subiectionē.
De ꝑmo. Jo. iiij. Diligam⁹ deū: qm̄ ipse
ꝑor dile. nos. De scđo Col. j. Grās agen
tes deo ꝛ prī q̄ dignos nos fecit in partē
sortis scōꝝ in lūine. De tertō. Hiere. xlij
Obediam⁹ vt bn̄ sit nobis. Grā ꝛc.

P Ro ꝑmo arti. Querit̃ An absq3 dei
grā liberi arbi. vincere possit aduer-
sariū. Uide in ꝑmo aduētuali do. ij. in s.
matutio. Pro fund. aūt sic dicas: Tūc
hostis vincit̃ cū iā seuire nō audet aut nō
pōt. Ouid. in tristib⁹. Pugna suū finē cū
iacet hostꝭ h3. Et certe ad hoc maxie eni-
ti debem⁹ ne a diabolo ꝛ vicijs vīcamur.
Sen. ad Lu. Uicia sine mō: sine fine pse
qre. Nā in illis q̄3 neq3 finis ē neq3 mod⁹:
Proijce vicia q̄ cor tuū laniāt/ q̄ si alit̃ ex-
trahi neqrēt/ cor ip3 cū ill' euellēđ erat S3
qđ est An sic psequēdo vicia vīcere possi⁹
ꝛc. Dic rn̄. vt s. Et q̄ ꝯclude q̧ arma pci-
pua ad vīcendū diabolū sūt arma humili-
tatis ꝛ deuotōis: nihil vicz de se ꝑsumēdo
ꝛ diuinū auxiliū humilr̃ iplorādo. Isid. de
sū. bo. Hoc est ei⁹ remediū q̄ vicioꝝ dele
ctatōe exestuat vt quoties q̄lib3 vicio pūgit̃:
toties orōe3 fundat: qꝛ freqns orō ipugna
tionē vicioꝝ extinguit. Audite o mihi si a
tētatōe vincimi hoc vob est iputādū qm̄:
ad orō3 vt opt3 nō recurritꝭ. O auari: lu
brici ꝛ hmōi: Attēdite qm̄ inexcusabiles
estis. Nā si aduenīete tētatiōe ad orōnis
subsidia ꝯfugeretꝭ/ facile victoriā obtīere
possetis. Fig. ij. Paral. xx. aut. xxj. Josa
phat qꝛ totū se ꝯtulit ad rogādū deū ob-
tinuit victoriā ꝯtra moabitas ꝛ ammoni
tas aduersarios filioꝝ isrl'. vīđ ibidē. Ex-
pone ad pugnā spūalē applicādo ꝛ notādo
illđ Chrys. Nō d3 hoste timere fortem q̄
habet ꝑncipē fortiorē ꝛc.

S Cđs ar. In pce. ꝛc. In hoc de dī re
cognitiōe affectuosa. Ubi notādū q̧
a grā dī hēm⁹ aut hr̄e possum⁹ triplex eē
.s. nature: grē: ꝛ glie. Et in q̄libet illoꝝ sūt
Primū ē dignitas excelētie (ita ꝯsiderāda
Scđm est ꝯtinuitas depēdentie.
Tertiū est ꝑpetuitas manutenētie
Primū est ꝛc. Tū ꝓpter imaginē creatōis
in eē nature. Tū ꝓpt̃ imaginē recreatōis i
esse grē. Tū ꝓpt̃ imaginē assilatiōis in eē
glie. De ꝑmo Gen. j. Fa. ho. ad ima. ꝛ si.
no. De scđo. j. Jo. iij. Nūc filij dī sum⁹. s.
p grām: sed nōdū appuit q̄d erim⁹. Sci-
mus eī qm̄ cū nob appuerit/ siles ei erim⁹
ꝛ vide. eū sicuti ē. Scđm ē ꝛc. qꝛ q̄libet
illoꝝ est in ꝯtinua depēdētia a deo. Nā vt
dt Gre. Cūcta q̄ sūt stati in nihilū decide
rēt nisi man⁹ oipotētꝭ ea ꝯsuaret in esse.

Tertiū est ꝛc. qꝛ q̄lib3 illoꝝ esse ꝑpe-
tuat̃ a deo q̄ntū est ex pte sui. Esse ei na-
turale est ꝑpetuū. Aīa ei ē imortal'. Aug.
li. vij. de ci. dei. c. xiiij. Aīa imortal' nūcu-
pat̃: qm̄ q̄litercūq3 etiā cū misia nūq3 de-
sinit viuere. Esse etiā grē ꝑpetuū ē ex pte
dei. Aug. li. de pnia. Semp ꝑsto est grā si
nō fuerit repulsa De⁹ qđ suū ē inspirat si
est q̄ recipiat. Esse et glie ꝑpetuū ē: vocat̃
em̄ vita et̃na Mat. xxv. Ibūt iusti i vitā
et̃nā. Propt̃ ꝑmū. s. ꝓpter dignitatē excel-
lētie debem⁹ deū recognoscere grās agē-
do. Propter scđm. s. ꝓpter ꝯtinuitatē de-
pēdētie offensā cauēdo. Multū ei ei⁹ of-
fensa cauēda ē a q̄ ꝯtinue depēdem⁹ i esse

Propter tertiũ.s.ꝑpter ꝑpetuitatẽ manutenẽtie sincerit̃ diligẽdo.j.Jo.iiij. Diligamus deũ qm̃ ipe ꝑoꝛ dilexit nos. Exẽplũ aũt de amoꝛe di vide sup̃ in ꝑmo aduẽtuali sabbato ante.ij. dñicam.

t Erti⁹ arti. Audistꝭ ꝛc. Cauete itaq̃ ne ꝑuemini esse diuine gr̃e ꝛ esse gl'ie qꝛ sine illis modicũ q̇d ẽ esse nature. Foꝛte dicitis Pater nr̃ de⁹ est q̇ nos posuit in esse nature: nõ ḡ ꝑuabit nos esse gl'ie. Audite q̇d lex dicat: Fili⁹ ferẽs auxiliũ p̃ris aduersario: iure meret̃ exheredari.l.liberi C.de inoffi.test. Siẽis sn̄ia h̃z extra de iureiurã.c. Quita vallis.in glos. vbi ponũt̃ casus ꝑpter q̊s q̇s meret̃ exheredari. Pone casuꝫ ad longũ ꝛ applica notãdo illud Eph.v. Hoc aũt scitote intelligentes qm̃ oĩs foꝛnicatoꝛ: aut imund⁹: aut auar⁹: qð est idoloꝝ seruit⁹ nõ hꝫ hereditatẽ in regno chr̃i ꝛ dei. qð etiã est gn̄al'r intelligẽdũ de q̊libet pctõre.

Dñica.xij.post Trinitatꝭ Ser.ꝑmus

Pheta qð ẽ

e adapire Mar.vij. Fiduciã habem⁹ ꝑ chr̃m ad deũ.ij.Coꝝ.iij. Si volum⁹ apire coꝛda deo: tũc in eo fiduciã h̃re possum⁹: de qua fiducia iuxta verba apl'i tria sunt notãda.

Primũ nr̃e spei securitas: Fiduciã ha.
Scðm securitatꝭ firmitas: Per chr̃m.
Tertiũ firmitatꝭ sublimitas: Ad deũ.
De his trib⁹ Heb.x. Fiduciã habem⁹ in introitũ sctõꝝ i sanguie chr̃i. Et.ij.Coꝝ.iij. Hñtes talẽ spem mĺta fiducia vtimur Epheta ꝛc.

p Rim⁹ artic. Qm̃ aĩa apiri deo dr̃ ꝑ bonũ desideriũ seu ꝑ bonã volũtateꝫ Jõ q̃rit̃ de bõitate volũtatꝭ An sit ex fine: Q, nõ. qꝛ q̃ntũcũq̃ finis sit bon⁹ nisi charitas eliciat: op⁹ nõ est meritoꝛiũ. Jtẽ ſm Dio.iiij.c.ð di.no. Oĩa agũt ꝑpter bonũ. ḡ si bonitas volũtatꝭ sit ex fine: oĩs volũtas erit bõa. Cõtra. Boe.iij.Top. C⁹ finis bon⁹ est; ip̃m q̊ꝫ bonũ ẽ. Rñdet Falco in.iij.di.xxviij.di. q bonũ dr̃ rõeꝫ ꝯplementi. et malum dicit defectum complemẽti. Cõplementũ ꝟo rei est ex fine. bonũ igit̃ in reb⁹ est ex oꝛdine in finẽ: ꝛ malũ ex defectu hui⁹ oꝛdinis: bonitas igit̃ act⁹ interioꝛꝭ est ex oꝛdine ad debitũ finẽ. Ad ꝑfectionẽ aũt hui⁹ oꝛdinis duo req̇runt̃ ex ꝑte act⁹: vicꝫ qð ð se sit oꝛdinabil'.i. de gn̄e bonoꝝ: ꝛ q sit actualit̃ oꝛdinat⁹ ꝑ intẽtõꝫ oꝑãtis. Duo etiã req̇runt̃ ex ꝑte finis: vicꝫ q sit finis ſꝫ veritatẽ bon⁹: ꝛ q sit debit⁹ in rõe finiẽdi: inq̃ntũ.s. finis melioꝛ est his q̃ fiũt ꝑpter illũ finẽ. Vñ mãducatio lꝫ sit aliq̇d bonũ: nõ tñ põt esse finis p̃dicatõis His q̃ttuoꝛ ꝯcurrẽtib⁹ actio bona est. altero deficiẽte mala est: qꝛ ſm Dioñ. bonũ est ex tota sua cã ꝛ integra: malũ ꝟo ex singl'is defectib⁹. Ad ꝑmũ ãt argumẽtũ dicendũ q sufficiẽs oꝛdo act⁹ volũtatꝭ in finẽ includit in actu bonitatẽ q̃ est ex foꝛma debita q̃ est charitas/sine q̃ act⁹ ñ debite oꝛdinat̃ in finẽ. Ad aliõ dðm: q oĩa agũt ꝑpter bonũ vel simpl'r et veꝝ: vl' ſm q̇d ꝛ apparens: vtile vel delectabile. Hec Falco. Pro fin̄ð. Vtinã in oĩb⁹ oꝑib⁹ sꝑ haberem⁹ finẽ p̃ ocl'is. Galt.in alex. O felix moꝛtale gen⁹ si sꝑ h̃ret Eternũ p̃ mẽte bonũ finẽq̃ timeret. Qui tã nobilibus media q̃ plebe creatis Jmpꝛouis⁹ adest aĩe discrimĩe magno. Vñ etiã dr̃ Aristo.iij.Ethi. Vna ꝑncipalissimaꝝ circũstãtiarũ est circũstãtia finis ad quã vicꝫ oꝛdinat̃ oꝑatio. Cũ ḡ q̃rit̃ An bonitas volũtatis sit ex fine. Dic rñ.vt s̄. Ex q̃ ꝯclude q in hũanis mĺtũ est ponderãda circũstãcia finis que maxime dat actui bonitatẽ: p̃suppoſita tñ bonitate ex genere actus. Actus em̃ pcti nõ est oꝛdinabil' in bonũ finẽ. iõ oĩa fugiẽda st̃ pctã. Ecci.xxj. Quasi a facie colubꝛi fuge pctã: si accesserꝭ ad illa suscipiẽt te. Sed heu mĺti sunt de nũero stultoꝝ De q̇bus Prouer.j. Stulti ea q̃ sibi st̃ noxia cupiũt. Audite luxuriosi: auari ꝛc. Videte q̇d cupitꝭ ꝛ q̇d facitꝭ. Psal. Filij hoim vsq̃q̊ graui coꝛde vt q̇d dilig. vanitatẽ ꝛ q̃ri. mendaciũ. Quid ḡ: Nitamur ad resistẽdũ ne succũbẽdo efficiamur serui diaboli ꝛ dãnatõis filij. Notate. Cuꝫ hõ pactũ cũ hoste inuenire non valet nisi totaliter se seruũ tradat: poti⁹ se defendẽdo dꝫ se moꝛti exponere q̃ se hostis crudelitati tradere. Tulli⁹. Meli⁹ est occidi q̃ ignominiose ſuire. Vñ ꝛ Aug⁹. sup Ps. Jniquũ est ſuire diabolo q̇ nullo placat̃ obsecq̇o. Nullaten⁹ ḡ nos oci⁹ ſuituti dare

debem⁹:sed armis munire virtutū vt pos simus nedū resistere s3 z fugare Figura Nume.xxj. Cū Seon rex amorreoꝝ nollet ꝑmittere filios isrl' trāsire ꝑ fines vrbium suaꝝ: filij isrl' irati dato ꝑlio ꝯ regē obtinuerūt ꝛc. Vide Spūaliter Seon interꝑtaꝛ elatus ꝛ signat diabolū. Filij isrl' sūt fideles volētes ire ad vitā eternā repromissam q̄ etiā ꝓmittūt nihil velle de rebꝫ diaboli tāgere. Nā in baptismo renūciant opibꝫ sathane q̄ nō obstāte diabol⁹ cū exercitu tētationū conaꝛ eos impedire ꝛ detinere captiuos:sed tunc debēt ascēdere: iassa:qḋ interꝑtaꝛ mādati adipletō ꝑ quā notaꝛ charitas.j. Tim.j. Finis ꝑcepti est charitas. Ibi em̄ ꝓsterniꝛ diabol⁹ ꝛ eius exercit⁹. Cassioḋ.sup Ps. Charitas est mors criminū: virt⁹ pugnantiū.

S Ecund⁹ art. Vnicuiqꝫ nostꝝ ḋt dominꝰ ꝯtinue Ephcta.i.adapire:sine sis aptus. Si em̄ apiam⁹ cor ꝑ sctm̄ desiderīū: ipse statim in nos introibit. Apoc. iij. Ecce ego sto ad ostiū ꝛ pulso: siqs mi. apuerit intr.ad illū. In hoc aūt euāgelio instruimur q̄liter a dn̄o curari debem⁹ a surditate ꝛ corda nr̄a ad dn̄m apire Vbi sunt tria ꝯsideranda

Primū est pctōꝛis ꝑpatiua dispositio
Scdm̄ ē dispositi repatiua curatio.
Tertiū est curatiōis glificatiua magnificatio.

Primo itaqꝫ in ꝑma ꝑte euāgelij notaꝛ ꝑparatiua dispositio pctōꝛis vt cureꝛ a dn̄o. Notaꝛ inqꝫ in modo q̄ surd⁹ et mut⁹ appropinquit ad chr̄m. Refuādo igiꝛ ꝑparatiuā illā dispositionē ꝑ ꝟmone seqnti. In isto dicam⁹ q̄liꝛ ꝑ surdū ꝛ mutū signaꝛ pctōꝛ q̄ salutis monita audire n̄ vult:ꝛ laudes dei nō loqꝛ. Notandū itaqꝫ ꝙ hō fit mutus multipliciter.

Primo ex lingue indispositione.
Scḋo ex adit⁹ vocis interclusione.
Tertio ex calidi hūoꝛis collectiōe.

Primo ꝛc.qn̄.s.lingua palato adheret:vl' immobil' est ꝓpter paralysim. Sic sūt muti q̄ loq̄ in ꝯfessione nesciūt: vl' q̄ sunt frigidi in amore dei ab instructiōe alioꝝ cessātes. Ezech.iij Fili hois linguā tuā adherere faciā palato tuo: ꝛ eris mut⁹. ꝛ Esai. lvj. Canes muti nō valētes latrare Secūdo ex adit⁹ voc3 interclusiōe:sic ꝙ trāsitus vocis ad os nō est patēs. Sic muti sunt q̄ a laude dei cessant ꝓpter pctā sua. Ecci.xv. Nō est speciosa laus i ore pctōꝛ3

Tertio ex hūoꝛis calidi collectōe. Vn vic3 apostema nasciꝛ sub liguā. Hoc mō muti sunt ardētes ex auaricia ꝓpter munera/ hn̄tes apostema sub lingua: sicut cum ꝓijciꝛ os cani latrāti.vt obmutescat. Ecci. xx. Exenia ꝛ dona excecāt ocl'os iudicū: ꝛ q̄si mutus in ore auertit correctiōes eoꝝ. Surd⁹ etiā efficiꝛ homo m'ltipliciter

Primo ꝑ obturatiōe3.
Scḋo ꝑ ꝟmis inclusionē
Tertio ꝑ inflationē.
Quarto ꝑ putrefactionē.
Quito ꝑ alieni soni receptionē.
Sexto ꝑ longā egritudinis ꝯtinuatō3

Primo ꝛc.q̄ fit ex humoribꝫ sugfluis. Sic Spūalit' surdescit hō ex amore terreno vel carnali.j. Coꝛ.ij. Aialis hō non pcipit ea q̄ sunt spūs dei. Accipit' saturat⁹ nō multū audit se vocantē: nec gallina tēpore messis dn̄am suā. Sic nec auari. Hiere.xxij. Terra:terra:terra:audi sermone3 dn̄i. Scḋo ꝑ vermis inclusionē. Sic st' aliqui q̄ ꝓpter ꝯsciam nolūt audire ne grauentur in ꝯscietia. Prouerb.xv. Sicut tinea vestimēto ꝛ vermis ligno: ita tristicia viri nocet cordi. Et Esa.xxx. Popul⁹ ad iracundiā ꝓuocans est/ ꝛ filij mēdaces:filij nolētes audire legē dei:q̄ dicūt videntibus:nolite videre:ꝛ aspiciētibꝫ:nolite aspicere nobis ea q̄ recta sunt: loq̄mini nobis placētia ꝛc. Hi sunt de q̄bus.ij. Tim.iiij. Erit tēpus cum sanā doctrinā nō sustinebunt Tertio ꝓpter tumorē vel inflationem.s. sugbie. Aug⁹. Tumor mentis est obstaculu3 veritatis.quia sugbus nō vult rephendi. Quarto ꝑ putrefactionē: et sic luxuria facit surdum: Sic Herodes et Herodias surdi erant: vt habeꝛ Marci vj. Vnde Ecci.xij. Audiet verbū luxuriosus et displicebit illi: ꝛ ꝓijciet illud post tergū suum. Quinto ꝓpter alieni soni receptionem: sicut cum quis attente audit ex vna parte tūc non audit loquētes ex alia. Sic cum quis attendit diabolice suggestioni/non audit inspirationes ꝛ verba dei. Vnde dicit domin⁹ Hiere.vij. Audite legem mea3 ꝛ ego ero vobis deus: et

vos eritis mihi ppl's rc. Et nõ audierũt neq̃ inclinauerũt aurẽ suã: sꝫ abierũt in voluptatibꝫ suis ꝛ prauitate cordis sui mali.

Sexto ꝓpter lõgã egritudinis ꝯtinuationẽ. Lõga egritudo ẽ mala ꝯsuetudo ꝓpter quã induratur coꝛ. Hiere.xvij. Indurauerũt ceruicẽ suã ne audirẽt me. Exẽplũ de iudeis induratis q̃ nolebãt audire ꝟbũ dñi. Et de sodomitis qbꝫ videbatur loth: q̃si ludẽs loq̃. Hiere.xvij. Indurauerũt ceruicẽ suã ne audirẽt me: ꝛ ne acciperẽt disciplinã.

t Ertiꝰ ar. Aud. rc. Cauete ne sitis de nũero surdoꝝ ꝛ mutoꝝ. Multũ timetis moꝛbos ꝛ incõueniẽtia coꝛpoꝛis. Sꝫ notate qm̃ vt iura dicũt. Aĩa ẽ pferẽda q̃buscũq̃ rebꝫ. C. d sacrosã. ecc. l. Sãcimꝰ. Et.xij.q.j. Precipimꝰ. Fugeretis credo diligẽter ea qbꝫ coꝛpaliter efficeremini surdi ꝛ muti coꝛpe rc. puta si vobis diceretur ab expto si de hoc comederis surditatẽ incurres: ꝛ loq̃ndi vsum pdes rc. Multo magis fugienda sũt ea qbꝫ aĩa fit surda ꝛ muta. Deut.iiij. Animã tuã sollicite ſua.

Dñica.xij.post trinitatẽ. Ser.ij.

e pheta quod

rc. Nõ sumꝰ sufficiẽtes cogitare aliq̃d a nob q̃si ex nob sꝫ sufficiẽtia nr̃a ex deo ẽ. ij. Coꝛ.iij. Tria sũt cõsiderãda q̃ꝝ ꝯsideratio nos inducere dꝫ ad coꝛda nr̃a chꝛo aperienda.

Primũ ẽ nr̃e ꝯditõis imbecillitas. Nõ sumus sufficiẽtes.

Scðm imbecillitatis generalitas. aliquid cogitare rc.

Tertiũ ẽ nr̃e ꝯsolatõis securitas: sꝫ sufficiẽtia nr̃a. rc. De pmo ꝛ scðo. Esa. xl. Oẽs gẽtes q̃si nõ sint sic sũt corã deo ꝛ q̃si nihilũ ꝛ inane reputate sũt ei. De tertio. Phil.ij. Deꝰ opatur in nob ꝛ velle pficere Et.j. Coꝛ.xij. Deꝰ opatur oĩa in oibꝫ. Et Esa.xx. Oĩa opa nr̃a opatꝰ es in nob dñe Ep heta. rc.

p Rimꝰ ar. An bone volũtatis sit vnꝰ solꝰ finis: Q ꝙ ñ: qꝛ pt vnꝰ finis bonꝰ oꝛdinari ad aliũ: ḡ bona volũtas oꝛdinata ad poꝛẽ finẽ: habebit plẽs fines. Cõtra. Nlla ẽ bona volũtas nisi q̃ oꝛdinatur ad gloriã di. Rñdet Boñ.i. iij. dis. xxxviij. ꝙ bone volũtatis vnꝰ solꝰ ẽ finis pncipal' ꝓpter qd notãdũq̃ plẽs fines statuere pt ee tpliciter. Uno mõ ꝙ sit finis sub fine ꝛ ꝓpter finẽ. Alio mõ ꝙ vnꝰ sit finis pncipal' alter nõ pncipalis: nec tñ relatꝰ actualiter ad pncipalẽ. Tertio mõ sic ꝙ vtq̃ sit finis pncipalis. Exm̃ d pmo mõ. Põt q̃s ire ad ecclaꝫ ad pcipiẽdas distributõẽs: itẽdẽs tñ pncipaliter laudes deo decãtare sꝫ sit cũ h obtinere pecuniã vt det paupibꝫ: vl' ad alios vsꝰ ad dei honoꝛẽ ꝯuertat. De scðo mõ. Põt ire intendẽs deo placere ꝛ simul cũ h pecuniã adq̃rere quã tñ adq̃sitionẽ ad deũ nõ refert: nec tñ pecuniã statuit finẽ pncipalẽ qꝛ vicꝫ nõ diligit eã ꝓpter se. De tertio mõ pt q̃s ire ad ecclam duplici intẽtiõe. Ita ꝙ vult deo placere ꝛ pecuniã obtinere quã sicut auarꝰ appetit adq̃rere: vt possit thesaurũ ampliare ꝛ in ea delectari ꝓpter se. Primõ statuere diuersos fines: bonũ ẽ meritoꝛiũ. Scðo mõ: nõ ẽ bonũ neq̃ bone volũtatis: formaliter loq̃ndo. Attñ nõ sic repugnat q̃n possit cũ ea stare: ẽ eñ ibi peccatũ veniale nõ moꝛtale. Et h vult dicere Aug. in lib. ꝯfes. cũ ait. Minꝰ te amat q̃ tecũ aliquid amat: qd nõ ꝓpter te amat. Tertio mõ statuere diuersos fines est ꝯ͂ bonã volũtatẽ. Talis ei vult duobꝫ dñis ſuire qd ẽ impossibile. sic Matth. vj. dr. Talibus cõminatur scriptura ve dãnatiõis Ecci.ij. Ue pctõri terrã ingrediẽti duabꝫ vijs. Cũ igitur vnũ sit sũmũ ꝛ veꝝ bonũ qd quietat hũanũ desideriũ necesse ẽ ꝙ volũtas ad hoc q̃ recta sit: sibi statuat vnicuꝫ finẽ pncipalẽ. Uñ in psona di dr̃ Apo.vl. Ego sum alpha ꝛ o pmus ꝛ nouissimus principiũ ꝛ finis. Hec Boñ. Pro fũd. Cũ ſm Phm scðo physi. Finis sit cã causarũ multũ ad hoc conari debemꝰ vt sciamus ad quẽ finẽ nr̃a sũt opa dirigẽda Jo Persiꝰ. Discite o miseri cãs cognoscere reꝝ. Quid sumꝰ: aut q̃dnã victuri gignimur. Queritur ḡ. An bone voluntatis rc. Dic rñ. vtsꝫ. Ex quo ꝯclude q̃ miseri sunt q̃ ea q̃ sunt ex genere bona faciunt mala. aut ꝓpter pecuniã: aut ꝓpter vanã gloꝛiã: qꝛ videlꝫ pro re tam caduca amittunt incoꝛruptibilia bona. Uñ de vanigloꝛiosis dr̃ Matth.v. Amen dico vobis recepẽrunt mercedẽ suã. Miserrimi etiã generaliter omnes peccatoꝛes sunt qui finem

suū statuūt in amore suiꝑ ꝑsoꝝ ⁊ in ꝓpriis voluptatibꝫ. Ber. Ve ve ve. vapor ē ad modicū parēs q eterne felicitatꝫ aditū inclu dit. Audite auari: excōicati: piuri. ⁊c. Nō potestꝫ certe ad finē ptingere bonoꝝ: qm̄ finē ꝯtrariū intēditꝫ. Figura. Num. ix. Filij isrl̄ nolētes seq Moysen perierūt in deserto: nec ad terrā ꝓmissiōis ꝑuenerūt. Spūaliter: Nolētes seq chr̄m in deserto p̄ntis vite nō intrabūt in terrā ꝓmissiōis Greg. Qui chr̄i vestigia seq dedignanť: q temeritate sperāt ad eius claritatꝫ conse quēda gaudia ꝑuenire posse

s Ecūdus articl's: In p̄ceď. ⁊c. In h̄ dicendū de p̄mo supius ꝓposito. s. ď pctōris p̄paratiua dispōne ad hoc ꝙ cureť Ad quā p̄parationē tria sunt necessaria q nobis ex euāgelio insinuanť:

Primū pctōris a pctō reuersio.
Scōm regredietis ad dn̄m accessio
Tertiū accedētis humil' depcatio

Primū igiť ⁊c. iiij. Re. xvij. Reuertimi a vijs vris pessimis: hoc signať p h̄ ꝙ ve nit iesus de finibꝫ tyri ⁊ venit p sidonē ad mare galilee inter medios fines decapo leos. i. regiōis decē vrbes ꝯtinētis. Ois ei chr̄i actio: nostra ē instructio. Si ergo vis curari: seqris exēplarē curatiōꝫ medi ci: exeas de tyro. i. de pctō cessando de ce tero ab ope pcti. Tyr⁹ em̄ angustia inter p̄taŕ. In pctō aūt m̄lta est angustia. Si don āt interp̄taŕ venatio. Exiēs g̃ ď pctō trāsire habes p sidonē. i. diaboli venatiōꝫ siue impugnatiōꝫ sibi resistēdo ⁊ venire i mare galilee. i. in amaritudinē cordis: de testādo pctā tua: vt sic trāsmigrare vale as ad obtinēdaꝫ remissionē inter medios fines decapoleos. i. inter affectōes obser uādi decē p̄cepta legꝫ diuie. Ps̄. Declina a malo ⁊ fac bonū. Scōm ē regredietꝫ ad dn̄m accessio. Ps̄. Accedite ad eū. Et hoc signaŕ p hoc ꝙ adducūt ei surdū ⁊ mu tū. i. pctōrē q surdus est ⁊ mut⁹ spūalr: vt ptꝫ ex p̄cedēti s̄mōe. Adducit aūt ad dn̄ꝫ pctōreꝫ vera fides. Ro. v. Accessuꝫ hēm⁹ p fidē. Tertiū est accedētis hūilis dep catio q notaŕ in hoc ꝙ depcabanť eū vt i ponat illi manū. s. mie. Ps̄. Respexit dn̄s in orōꝫ humiliū ⁊c. Ide. Cor ꝯtritū ⁊ hu mi. de⁹ nō despi. Exem̄ habem⁹ in cha nanea Matt. xv. In publicano Lu. xviij In magdalena Lu. vij. In latrone iuxta dn̄m pendente Lu. xxiij. Chryſ. Talis ē talis mihi credē erga hoies dei pietas: ꝙ nūꝙ̄ spernit p̄niaꝫ si ei pure ⁊ simpl'r offe ratur.

t Erti⁹ art. Auď. ⁊c. Cauete ne negligētes sitꝫ accedere ad dn̄ꝫ q ve re medic⁹ est aiaꝝ. Lex ďr: Quilibet debꝫ p suis negocijs vigilare. ff. ď pactꝫ. l. Sū ma. Et cuilibꝫ iputaŕ nō solū dol⁹: ꝫ etiā sua negligētia. De ꝯstitutiōibꝫ. Si autem. Dicite. Siqs vr̄m esset surd⁹ aut alio g̃ in morbo vexat⁹: ⁊ sciret alicubi esse me dicū expertū: beniuolū: ⁊ liberalē q vellet et posset statim curare nihil ab eo exigēs Credo diligenť ad eū curreret. Expone et applica notādo: ꝙ m̄lto magis ꝓ aia labo randū est q̄ꝫ ꝓ corpe. Iō ďr Ecci. xxx. Mi serere anie tue placēs deo.

Ser. ij. ꝓ eadē dn̄ica. xij. post Trini.

e Pheta qď ⁊c. Idoneos nos fecit mi nistros noui testamēti. ij. Coꝝ. iij. Tria sūt ibi notāda ad q ꝯsiderā da sunt apienda corda.

Prim ministratōis veritas: Nos fe. mi.
Scōm veritatꝫ securitas: Idoneos.
Tertiū securitatꝫ sublimitas: Noui te.

De p̄mo. j. Pe. iiij. Siqs ministrat tanꝙ̄ ex virtute quā administrat de⁹ De scōo ⁊ tertio. j. Coꝝ. iiij. Sic nos existimet hō vt ministros chr̄i ⁊ dis. mini. dei.

Salutatio.

Epheta ⁊c.

p Rim⁹ arti. An charitas sit finis ad quē referri dn̄t volūtates nr̄e: Q, nō Finis et p̄ncipiū sunt distincta: sed chari tas est radix oim̄ bonaꝝ affectionū: g̃ non finis Cōtra. j. Tim. j. Finis p̄cepti ē cha ritas. Rn̄det Bona. in. ij. di. xxxviij. dicēs Mgr̄ recte ďr finē ois bone volūtatꝫ esse charitatē secut⁹ in hoc doctrinā apl'i: ⁊ be ati Aug. in ench. Notandū tn̄ ꝙ finis ďr tripl'r. vicꝫ Finis in q̄ quiesciť: ⁊ finis q̄ quiesci tur. Et h̄ dupl'r vel simpl'r: vel vt nūc. Et q̄libet istoꝝ modoꝝ charitas est bone vo lūtatis finis. Nā charitas increata est fi nis in q̄ quesciť. Charitas creata ꝯsūmata est finis q̄ simpl'r quesciť in deo. Charitas

fo inchoata vtpote charitas vie est q̄ qe scit in deo vt nūc. Sicut em̄ locatū nō qe scit in loco nisi mediāte pōdere: sic aīa in deo q̄ est ei⁹ loc⁹ nō hʒ qetari nisi mediāte dilectōe q̄ respicit bonū sub rōe boni. Bonū aūt sub rōne boni simł tenet rōeȝ finis et amabilis. Propt̄ea intētio finis potissime attribuit̄ charitati. Ad argumētū aūt dicēd: ꝙ sicut mod⁹: spēs: et ordo: sup idē fundant̄: ⁊ tn̄ mod⁹ dt ꝯpatione ad efficiens: ⁊ spēs ad exēplar: ⁊ ordo ad finē. Sic charitas respectu boni opis pōt hr̄e ⁊ rōnē efficiētis et finis s̄m diuersas ꝯpatōes Charitas em̄ ꝯtinuat volūtatē nr̄am ipsi deo vt pncipio mouēti: ⁊ ꝯformat vt regule dirigēti: ⁊ ꝯiūgit vt fini qetāti. Et iō sic ipse de⁹ hʒ rōeȝ efficiētis inq̄ntū mouet: ⁊ cause formalis exēplarȝ inq̄ntū dirigit: et finalis inq̄ntū qetat. Sic ⁊ ipa charitas respectu boni opis: Hoc Bona. Pro fūdamēto. Magna res est amor. Virgi. in bucol. Oīa vincit amor. Et apō phos amor ponit̄ pma inter passiōes aīe ⁊ pncipalior. Vn̄ ⁊ apō theologos charitas per quā amam⁹ deū ⁊ primū: est pncipalissima vtutū. Querit̄ ḡ An ipa charitas ⁊c. Dic rn̄. vt s̄. Ex q̄ ꝯclude q̄ncariar q̄de siderāda nobis est charitas. Jō. j. Cor. xvj. Oīa opa vr̄a in charitate fiāt. ⁊ Col. iij. Sup oīa charitatē habete. Et. j. Cor. xiij. Si charitatē nō habuero nihil suȝ. s. q̄ad eē spūale ⁊ meritoriū. Attēdite o miseri pctōres q̄ charitatē nō habetȝ: o fornicatores ⁊c. Nihil potestȝ de btitudie mereri ꝑpter charitatȝ defectū. Solis ei diligentib⁹ deū repromisit coronā vite. vt hr̄ Jaco. j. Forte dicitȝ: Filij dei sum⁹: ipe ei fecit nos. Audite: Interdū aliqs p̄les hʒ filios: alios naturales: alios legitimos: oībus tn̄ puidet: sed pamplı⁹ legitimis: s̄m em̄ iura cōia/natali filio debet̄ portio aliq̄ pecunie. Filio vo legitimo pn̄a hereditas. Silr̄ oēs tā iusti q̄ȝ pctōres sunt aliq̄mō filij dei: sed inter eos q̄dam deuiantes a lege mādatoꝝ fiūt spurij. i. pdunt dei grām: ⁊ soli terre adherēt q̄ nō est chr̄i portio legitima: Et hi sunt filij mūdi: nec his debet̄ celestis hereditas. Alij vo sunt legitimi q̄ hereditatē paternā expectāt. Figura Gene. xxv. Abraā dedit munera filijs ꝯcubinaꝝ: sed Jsaac dedit hereditatē paternā ⁊ cūcta q̄ possederat. Expone notādo ꝙ soli illi sunt apō deū legitimi q̄ diuine legis mādata implētes: deū ex toto corde diligūt. Aug. Sola dilectio discernit inter filios dei ⁊ filios diaboli.

s Cōs art. Jn pceō. ⁊c. Jn hoc dicēō de scōo qō est pctōris dispositi reparatiua curatio. cū dr̄: Et apphendēs eū de turba ⁊c. vsq̄ ibi: et loqbat̄ recte. Vbi sūt tria notāda q̄ ꝯcurrūt in curatōe pctōꝝ.

Primū est pctōris sequestratio.
Scōm ē diuine grē immissio
Tertiū est mētis eleuatio.

Primū est pctōris seq̄stratio. q: dr̄: Et apprehēdens eū de turba seorsum. Per hoc em̄ signat̄ ꝙ pctōr segregādus est a turbulentis cogitatiōib⁹ si velit a dn̄o curari Hiero. Seorsum sp a turbulētis cogitationib⁹: ⁊ actib⁹ inordinatȝ: sermonibusq̄ impositis educit̄/q̄ sanari meret̄. Secundū est diuine grē imissio: q: misit digitos suos in auricłas eius: ⁊ expuēs tetigit linguā ei⁹. Theoph. Vt oñderet ꝙ omia mēbra sacri corpis eius diuina existūt et sancta: sicut ⁊ sputū qō vinclm lingue dissoluit: Etem̄ oē sputū supfluitas est: sed i dn̄o oia diuia fuerūt. Per hoc aūt signat̄: ꝙ ad curatiōeȝ pctōris imittenda ē a dei grā ꝯsideratio pctōꝝ: q̄si pctōr oia peccata sua in cordesuo digito dei scripta videat. Ad quā sequit̄ ꝯfessio q̄ p tactū lingue signat̄. Tertiū est mētȝ eleuatio: q: suspiciēs iesus in celū: ingemuit ⁊ ait. Ephe ta ⁊c. Et statim apte sunt ⁊c. Beda. Suspexit in celū vt inde mutis loq̄lam: inde auditū surdis: inde cūctȝ infirmātib⁹ medelā doceret esse q̄rendā. Per hoc autē signat̄: ꝙ pctōr ꝯuersus oclos cordis ⁊ desideriū suū sursū dȝ erigere gemēdo. Tuȝ p pctīs ꝯmissis. Tū in supplicatiōe venie Tū p incolatu pn̄tis miserie: ⁊ q̄si sibimet dicere: Ephpeta: vicȝ conādo p virib⁹ ad apiendū cordis desideriū circa diuia: ⁊ sic audire verba dei: ⁊ loq̄ laudes ei⁹. Hierony. Suspiciēs in celū ingemuit. i. gemere nos docuit: ⁊ in celū thesauros nr̄i cordis erigere: q: p gemitū ꝯpūctiōis intime friuola leticia carnis purgat̄. Exemplum talis gemit⁹ habem⁹ i btō Job. vij. Par

te mihi dñe nihil em̄ sunt dies mei rc. Et Job.x. Dimitte ḡ me vt plā.pau.do.me.

Tertius arti. Audi rc. Nec dubiū q̄n chr̄s fecerit oīa q̄ sunt curatōi nostre necessaria. Notate q̄ lex dt: Euētus mortis medico q̄ diligēs fuit: imputari nō dz. .ff.de officio p̄sidis.l.illicitas.§. Sicuti. Et sufficit diligētiā adhibere quā potest. xlvij.di.ca.vl.Audite. Si medic⁹ expertus diceret infirmo/ Tu sic facies r sanitatez recupabis:et infirm⁹ negligeret:r infirm⁹ moriaṫ: nō est imputandū medico sz egro to. Expone notādo:q̄m chr̄s nobis ordinauit medicinā salutarē sacroꝝ/si eā recipere voluerim⁹. Ve ḡ nobis si negligimus. Heb.ij. Quō nos effugiem⁹: si tātā neglexerimus salutē

Sermo.iiij.p eadē do.xij.post Trini.

Pheta qd ē rc. Littera occidit:sp̄us āt viuificat q̄ si ministratio rc. vsq̄ in finē.ij. Cor.iij. Triplex est differētia veteris legis r noue. Cui⁹ differētie triplicis p̄sideratio inducere debz ad apienda corda. Prima est differentia opatōis:qr vetus occidit r noua viuificat. Vñ dt: Lr̄a occidit:sp̄us rc. Lr̄a inq̄ sine sp̄uali intellectu. Scd̄a est differētia in scp̄turis:qr lex vetus in tabulis lapideis scp̄ta fuit: lex aūt noua in cordib⁹ imp̄miṫ. Vñ dicit Litteris deformata in lapidib⁹ rc. Tertia est cōclusionis: qr lex noua pducit ad gl'iam pp̄etuā q̄ nō euacuaṫ:nō aūt lex vetus. Epheta rc.

Prim⁹ arti. An oē opus qd fit bona intentōe sit bonū: Q, sic.ptz p Amb. dicentē: Affect⁹ opi tuo nomē imponit. Cōtra. Bona intētio nō absoluit a dei p̄cepto:ḡ nō facit q̄n agere p̄tra dei p̄ceptū sit pctm̄. Rñdet Bona.in.ij.di.xl. Intētio dupl'r dt: Uno mō finis volitio: Alio mō nō solū volitio finis:sedetiā ordinatō ei⁹ qd est ad finē. Pōt ḡ dici intētio bona dupl'r. Uno mō qr id qd intēdit final'r est bonū: r sicbonitas intētionis non sufficit ad bonitatē opis: qr s̄m apl'm Nō sunt faciēda mala vt inde veniāt bona Alio mō dr intētio bona in q̄ est bona r pfecta ordinatio opis ad finē intētū:r sic bonitas intentiōis nō solū respicit bonitatē finis sz etiā rectū ordinē ei⁹ qd est ad finē. Hec ei duo necessario req̄runṫ ad hoc q̄ ocl's.i.intentio sit simplex. Ad argumētū dicēdū q̄ Amb. vocat ibi affectū intentionē bonā:nō tm̄ bonitate finis: sedetiā bonitate ordinis. Hoc Bona. Pro fund. Nō sufficit q̄ finis intētus sit bon⁹ nisi et res ipsa sit honesta.ideo Juuenal' dicit: Imponit finē sapiēs:r rebus honestis. Juxta etiaz qd dicit Aristo.iij.ethic. Principalissima circūstātiaꝝ sunt ea in quib⁹ est opatio:r cui⁹ gr̄a. Ex q̄bus ptz q̄ nō sufficeret circūstantia finis q̄ dr: cuius gr̄a:nisi p̄supponaṫ circūstātia obiecti debiti q̄ intelligitur p ea in quib⁹ est opatio. Cū ḡ q̄ritur An oē opus rc. Dic rñ. vt s̄. Ex q̄ p̄cludo q̄ malū nullo mō pōt bñ fieri:nec esse pōt excusatio in pctis ex intētione finis: qr iuxta Apl'm vbi sup allegatū est Nō sunt faciēda mala vt inde veniāt bona. Audite q̄ furta facitis r rapinas r fraudes vt inde elemosynas faciatis vel pegrinatiōes:aut p̄struatis ecclesias: aut paramēta detis. Et vos mulierc'e q̄ fornicamini vt habeatis vnde viuere:r mēdacia dicitis vt excusatiōes habeatis. Audite general'r oēs peccatores:lubrici:auari rc. quoniā nulla erit vobis excusatio in peccatis. Jdō Ps Nō declines cor meū in verba malicie ad excusandas excusationes in pctis. Tales pfecto q̄ sic querūt excusari: merenṫ a dei gratia excludi. Figura Genes.iij.de parentibus p̄mis qui idcirco exclusi sunt a paradiso r dei maledictionē receperunt: quia excusationes p̄tenderunt. Expone notando illud Prouerb.xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigeṫ

Secund⁹ articulus. In p̄cedenti rc. Nunc de tertio qd est curationis glorificatiua magnificatō. qr p̄cepit ill' ne cui dicerent. Quāto autē rc. vsq̄ i finē. Non fuit illud p̄ceptuz obseruatōis:sed instructionis ad humiliandū se in factis exemplo ipsius. Theophil⁹. Docemur ex hoc cum alicui beneficia elargimur: minime applausus r laudes petere. Cum v̄o accipimus beneficia: benefactores p̄dicare et

laudare q̄uis nolint. Aug⁹. de ꝯco͛. euā. Sciebat ille sic̄ q̄ notas habebat ꝛ p̄sentes ꝛ futuras hominū voluntates tanto magis predicaturos q̄nto magis ne p̄dicaret eis p̄cipiebat: vt q̄d g̃ h̄ p̄cipiebat: ꝫ pigris volebat oñdere q̄nto gaudiosi⁹ q̄ntoq̄ꝫ feruenti⁹ eū p̄dicare debeāt q̄b⁹ iuber vt p̄dicent: q̄n illi q̄ ꝓhibebāt tacere n̄ poterāt. Tria g̃ docemur ex premissis.

Primū: laudes hoim fugere.

Scdm: dei gloriā querere.

Tertiū: diuinū op⁹ extollere.

Primū ꝛc̄. Nā p̄cepit dn̄s ne cui dicerent. Chryso. Gloriā q̄ppe cupere ingloriatio est: ꝓa aūt gloria ē hāc despicere: ꝛ nullaꝫ ei⁹ facere curā: ꝫ ad id q̄d deo placet oia dicere ꝛ facere. Scdm dei gloriā q̄rere q꞉ q̄nto eis p̄cipiebat: tāto ampli⁹ p̄dicabant. j. Cor. x. Oia in gloriā dei facite. Chryso. Iā poterim⁹ ꝛ mercedē recipere ab eo q̄ n̄ra videt diligēter cū eo solo cōtēti fuerim⁹ inspectore. Tertiū ē diuinū op⁹ extollere q꞉ admirabātur dicētes Bene oia fecit ꝛc̄. Ps̄. Quā magnificata sūt opa tua dn̄e: oia in sapia fecisti. Dicamus ꝛ nos q̄m̄ omnia bn̄ fecit dn̄s. Tū in opere creatōis. Vñ Geñ. j. Vidit de⁹ cūcta q̄ fecerat ꝛ erant valde bona. Et p̄cipue circa hoiem: de q̄ Eccl. vij. Inueni q᷑ de⁹ fecerit hoiem rectū. Ex q̄ seq̄r hominis ꝯfusio: q꞉ rectitudinē a cōditore sibi datā nō seruauit queadmodū alie creature. Aug⁹. Arbor seruauit q̄d creata est: hō deleuit q̄d erectus est. Tū in ope gubernatiōis. Sap. xiiij. Tu aūt p̄r gubernas oia sapia. Etsi dicas Multa mala fiūt in vniuerso: g̃ ꝛ hoc p̄mittit de⁹: g̃ nō facit oia bn̄ in ope gubernatiōis. Dicēdū cum Augustino in encheridiō. q᷑ de⁹ oipotens nullo mō p̄mitteret aliq̄d malū eē in opibus suis nisi eēt vsq̄adeo oipotēs ꝛ bon⁹ vt bn̄faceret etiā de malo. Tū in ope retributiōis: q꞉ nullū malū impunitū ꝛ nullū bonū reliq̄t irremuneratū. Dañ. iij. Iustus es in oib⁹ q̄ fecisti. Et ps̄. lxij. Tu reddes vnicuiq̄ꝫ iuxta opera sua. Hui⁹ snie ꝯsideratio multū sollicitos nos reddere debet ꝛ timoratos q꞉ velimus nolimus oportet tādem corā sūmo iudice assistere: vt recipiat. vnusq̄sq̄ꝫ prout gessit. Exemplum notabile d̄ iob: ꝛ de btō hieronymo Vide in scdo aduentuali. feria q̄rta post secūdam dn̄icam.

t Erti⁹ ar. Aud. ꝛc̄. Videte ergo ne sitis ingrati erga deuꝫ Dicit em̄ lex. Bn̄ficiū acceptor naturalit̄ obligat̄ ad antidota. l. Sꝫ si. §. Cōsulit. ff. d̄ petitiōe hereditatis. Bn̄ficia g̃ sūt deuote recognoscenda p̄sertim si volum⁹ alia impetrare Nā vt hētur de rescriptis. Si ꝓponente. Quātūcūq̄ꝫ modicū sit bn̄ficiū: semp de ipso faciēda est mētio si aliud voluerit q̄s impetrare. Pone casum si vis. Notate ēt q᷑ vituperandus est ille cui bon⁹ medic⁹ reparauit auditū ꝛ loquelā. ꝛ tn̄ postea impugnaret eū ꝛ diffamaret: cū de iure teneatur gr̄as ei exhibere ꝛ obsequia. Expone ꝛ applica notādo: q᷑ christ⁹ venit ad nos vt medicus ꝛ de ꝓprio sanguine ꝯfecit medicinā. Cauere g̃ ab ingratitudine q̄m̄ vt dic̄ Bern̄. Nihil ita deo displicet presertim in filijs gratie queadmodum ingratitudo.

Dn̄ica. xiij. Sermo. j.

Quid faciendo vitā eternam possidebo.

Lu. x. Abrae dicte sūt ꝓmissiones ꝛ semini ei⁹. Gal. iij. Nō pōt vita et̄na possideri: nisi ꝟtute istaꝝ ꝓmissionū q̄ sꝫ p̄missiōes ꝑplic꞉ btitudis. s. Veniēꝫ gr̄e: ꝛ gl̄e. Hec ei bn̄tur ex ꝓmissiōe facta abrae. Geñ. xxij. In semine tuo bn̄dicent̄ oēs gētes terre.

Salutatio Quid faciendo ꝛc̄.

p Rim⁹ ar. An possit hō bonū faciendo mereri apud deū vitā eternam. Vide in dn̄ica q̄nq̄gesime s̄mone p̄mo.

s Ecūd⁹ ar. In euangelio hodierno nos informat dn̄s de oib⁹ q̄ necessaria sūt ad vitā eternā possidendā. Vbi sꝫ notāde tres p̄cipue instructiōes.

Prima est: instructio attractiua.

Scda est directiua.

Tertia est declaratiua.

In hoc s̄mo. dicēdū de p̄ma. Circa quod notādū q᷑ in euāgelio ad alliciēdos discipulos aīos ꝛ oim̄ ḡnaliter: dn̄s dicebat. Bti q̄ vidēt q̄ vos videt꞉. i. q̄ videt꞉ i me ipletū q̄d antiq̄s p̄rib⁹ fuerat ꝓmissū. Dico em̄ vob q᷑ m̄lti ꝓphete ꝛ reges siue iusti(q̄s em̄ reges lucas dicit/mattheus iu-

stos appellat q̄ passiōib⁹ suis imperando vt reges p̄sūt) voluerūt videre q̄ vos videtis ꝛ nō viderūt: ꝛ audire q̄ auditis ꝛ nō audierūt. Theo. Btificat eos ꝛ oēs simplr̄ qui eū fide respiciūt: ex h̄ ꝙ antiq̄ ꝓphete ꝛ reges deū in carne videre ꝛ audire optauerūt. Et reuera hec ē instructio mirabilit̄ attractiua. Nā si tanto desiderio ferebāt antiq̄ ad ꝓmissum: q̄nta deuotōe ꝛ amoris affectione trahi ꝛ ferri dēm⁹ ad tantū bn̄ficiū iā actualit̄ exhibitū: vt vȝ ip̄m chr̄m videam⁹ ꝛ aspiciam⁹ ꝑ fidē. Erit autem hec visio vtilis p̄cipue ad tria.

Primo ad cōmissoꝝ pn̄iam.

Scd̄o ad aduersoꝝ patientiā.

Tertio ad operandoꝝ diligētiā.

Primo ꝛc̄. Ezech. xliij. Tu aūt fili hoīs .i. p̄dicator ostēde domui israel: tēplum id ē ōn̄de pctōrib⁹ chr̄m (q̄ dr̄ tēplū Jo. ij.) ꝛ ↄfūdant̄ ab iniq̄tatib⁹ suis. ꝛ Esa. xxvj. A facie tua dn̄e ↄcepimus ꝛ parturiuim⁹: ꝛ peperim⁹ sp̄m salutis. A facie em̄ dn̄i q̄ pro pctīs nr̄is in cruce pepēdit deběm⁹ ↄcipere timorē ꝛ cordis cōpunctionē. Vn̄ alia trāslatio hȝ. A timore tuo cōcepim⁹. Et Job. xxiij. A facie dn̄i turbatus sum bona. s. turbatiōe: ꝛ ↄsiderās eū scȝ ꝑ pctīs nr̄is crucifixū: timore sollicitor.

